De scholasticarum declamationum argumentis ex historia petitis

Dissertatio inauguralis
quam ad summos in philosophia
honores ab amplissimo philosophorum
ordine Monasteriensi rite impetrandos

scripsit

Ricardus Kohl
Rhenanus

Paderbornae 1915.
Typis Ferdinandi Schœningh

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum dissertationem typis expressam esse testatur

Gerhardus Schmidt
ord. phil. h. a. decanus.

Ad ordinem philosophorum de comprobanda dissertatione rettulit

Carolus Muenscher.

LIBRARY
UNIVERSITY OF ILLINOIS
URBANA

Carolo Muenscher
praeceptori carissimo
pii gratique animi
documentum

Tabula argumenti.

pag.

Praefatio 1

A. De scholasticarum declamationum historia 3

B. Thema Graeca 8

1. E fabularum historia 8
2. Croesus, Lydi, Scythae 13
3. Lycurgus, Cylo, Solo, Pisistratus 15
4. Themata ad Darii et Xerxis expeditiones spectantia . . 16
5. Miltiades, Aristides, Themistocles 20
6. Archidamus, Pericles 26
7. Cleo, Alcibiades 31
8. Varia themata ex belli Peloponnesiaci temporibus decerpta . 39
9. In tyrannos 45
10. Socrates 48
11. Themata ad homines litteratos et artifices saec. VI/IV pertinentia 50
12. Temporis fere pugnae Leuctricae themata 53
13. Declamationes pertinentes ad Philippum eiusque tempora exceptis eis, in quibus oratores Attici nominatim afferuntur 56
14. Isocrates, Demades, Hyperides 60
15. Aeschines et Demosthenes 66
16. Themata quae spectant ad Alexandrum eiusque aetatem . 83
17. Epicurus, Rhodii, Athanasius 87

C. Themata Romana 90

1. Usque ad Samnites et Pyrrhum 90
2. Hannibal, Scipio 92
3. Inde a Flaminino usque ad Sullam 96
4. Pompeius, Caesar, Cato 101
5. Cicero, Brutus 105

Conclusio 108

Indices 111

Praefatio.

Inter omnes constat apud Graecos Romanosque veteres rhetorum scholas permultum valuisse atque ex exercitationibus scholasticis semper aliquid haesisse in memoria rerum scriptorum et poetarum. Quo magis mirandum est, quod nemo ad hoc tempus illa scholasticarum declamationum themata neque collegit neque perscrutatus est. Quibus pervestigatis sperandum erat fore ut e scholarum usu accuratius cognosceretur, quomodo posteriorum aetatum homines iudicavissent de claris iis viris praeteritorum saeculorum, quorum mentionem facerent in pueris iuvenibusque instituendis atque erudiendis. Praeterea fore ut ex declamationibus illis facilius perciperentur vestigia ludi rhetorici vel apud rerum scriptores vel apud poetas spes oboriebatur. Quam ob rem et suasorias et controversias, in quibus personae certae nominatim afferuntur, in rhetorum gymnasiis declamatas collegi et, id quod ex tractatione ipsa apparebit, dedi operam, ut quam plurima offerrem themata. Totum quidem opus me non absolvisse non ignoro. Sed praeterquam quod omnia perficere cupientem pro natura humana nonnihil subterfugere solet, in excusationem meam duas afferre liceat causas: primum quod interdum inveniuntur declamationum themata quibus locis minime suspiceris; deinde quod declamationes, quae rursus atque iterum repeterentur in exercitationibus scholasticis, cunctis hominibus eruditis illorum temporum notae saepe tam breviter designantur a scriptoribus veteribus, ut nobis aenigmata fere esse videantur.

Themata vero ut invenirem, libros rhetoricos qui exstant omnes adii et Graecorum et Romanorum; praeterea alterius quae vocatur aetatis sophisticae, quotquot sunt libelli, sum perscrutatus; ad Senecae patris, Quintiliani, Calpurnii Flacci, Persii, Petronii, Iuvenalis, Frontonis problemata rhetorica accedunt nonnulla hic illic inventa. Vestigia quoque thematum in rhetorum gymnasiis tractatorum ubi apud poetas vel rerum

scriptores inveniuntur, dedi operam ut afferrem; sed ex his multa deesse me ipsum non fugit, praesertim cum non nisi subsicivo cum studio talia persequi potuerim. Qua in re adiuverunt me tres dissertationes Ricardi Wuensch auspiciis conscriptae: CBrueck, De Ovidio scholasticarum declamationum imitatore, Giessae 1909; RFaust, De Lucani orationibus I, Regim. 1908; RRebischke, De Silii Italici orationibus, Regim. 1913. Inscriptiones autem cum vix quidquam argumento praestituras esse putarem, neglexi satis esse ratus hoc loco de illa Solis vituperatione (τίσιν ἂν λόγοις χρήσαιτο Ζεὺς ἐπιτιμῶν Ἡλίῳ, ὅτι τὸ ἅρμα ἔδωκε Φαέθοντι;) commemorare, quam invenies apud GKaibel: Inscript. Gr. ex lap. conl. 618.

Argumentorum collectionem etsi adhuc factam non esse supra iam dixi, tamen eos decet nominare, qui totius regni certas quasdam provincias respicientes nonnulla mihi suppeditaverunt: Atque WSchmid (Der Attizismus I 1887, 34, 10) composuit argumenta in Philostrati vitis sophistarum nobis servata, RFoerster (Jahrb. d. deutschen arch. Inst. IX 1894, 169 sq.) ea quae spectant ad artifices et artificia; CMuenscher in Philol. suppl. X 1907, 541 sq. complura themata mythologica contulit. De declamationibus quae ad Ciceronis personam attinent, disseruit ThZielinski, Cicero im Wandel d. Jahrh. (Lpz. 1908²) p. 12 et 344 sq. Denique exoptata mihi obtigit Ianderi dissertatio: Oratorum et rhetorum Graecorum nova fragmenta. Regimonti 1913 = Kleine Texte f. Vorles. u. Üb. in Lietzmanni collectione 118 (1913). Cum vero disputatione iam confecta inciderim in Westermanni quaestionum Demosthenicarum particulam IV (Lps. 1837), hic p. 80 sq. scholastica Demosthenis nomini se applicantia vidi collecta, quibus tamen vix quidquam debeo.

De thematum collectione denique haec animadvertenda sunt: declamationum argumenta ex temporum ordine collocavi hoc concesso, ut in unum locum componerentur, quae ad eosdem homines spectarent; Hermogenis themata, quae identidem laudantur apud scholiastas, affero scholiis neglectis. — Asterisco apposito (*) significantur eae declamationes, quarum themata ad verbum describere non licuit. — In afferendis rerum gestarum auctoribus minus id agebam, ut locos plene cumulateque offerrem, quam ut spectarem vim et auctoritatem testium.

A. De scholasticarum declamationum historia.

Quo tempore fracta est libertas Athenarum, eloquentia de summo fastigio lapsa e publico in auditoria confugit: vel Aeschinem (Philostr. vit. soph. p. 21 ed. Kayser, Lps. 1871) vel Demetrium Phalereum (Quint. inst. II 4, 41/2) primos fictis argumentis usos esse ‚ad imitationem fori consiliorumque materias' accepimus, ut discipulorum animos excolerent. Sed ex Philostrati opinione redolet scriptoris cuiusdam Rhodiacam rhetorum scholam cum illa eloquentia Athenis florentissima coniungendi studium[1] atque Quintilianus ipse haec tradidit (42): ‚an ab ipso (Demetrio) id genus exercitationis sit inventum . . . parum comperi: sed ne ii quidem, qui hoc fortissime affirmant, ullo satis idoneo auctore nituntur.' Nec fidem habeamus oportet his de declamationum scholasticarum origine opinionibus; neque enim credibile videtur subito unius viri opera hoc novum exercitationis genus ortum esse. Videamus igitur ipsi quid hac de re eruere possimus.[2]

Quae fuerit rhetorices condicio Isocratis, Platonis, Aristotelis temporibus, satis constat. Stagiritae discipulos declamationibus quae θέσεις appellabantur (Cic. or. 46; Quint. inst. XII 2, 25; Theo progymn. II p. 69, 2 Sp), usos esse scimus. Quas rhetorum usui minus satisfecisse facile intellegis, cum philosophorum sententiae certis rerum condicionibus carentes, quamvis animis instituendis non sint inutiles, a communi vitae cottidianae usu nimium quantum abhorreant. Paulo igitur post iis philosophorum thesibus, quae spectabant ad communes res humanas, personae adiciebantur initio quidem certis coloribus carentes (Philostr.

---

[1] Cf. Schaefer, Demosthenes u. seine Zeit, III[2] 1887, 292 adnot. 2; Blass, Attische Bereds., III 2[2] 1898, 265 sq.

[2] In hac parte libris utebar isdem fere quos contulit AStock, De prolaliarum usu rhetorico. (Diss. Regim. 1911) p. 1.

v. s. p. 2, 28 K); immo brevi communia studebant rhetores proprie dicere et certos quosdam homines inserebant declamationibus. Quod ut fieret et priorum rhetorum orationes et civiles et iudiciales quibus discipulos suos instruxerant suadebant, et laudationes illae magnam generis demonstrativi partem explentes efficiebant, cum quae suadeantur vel defendantur, laudare soleant homines. Nec casu accidisse mihi persuasi, quod Demetrium ipsum, qui discipulorum animos fictis ad imitationem fori argumentis exercuisse dicitur (Quint. inst. II 4, 41), defensionem vel laudationem Socratis scripsisse scimus (FHG II 366 sq.).

Proxima tempora quo minus arti rhetorum favebant, eo magis florebant philosophiae litterarumque studia. Magna vero facta est commutatio rerum Hermagorae (ca. 150 a. Chr. n.) disciplina, quem quamquam alios scriptores aliqua ex parte praecessisse verisimile est, tamen iam veteres propriam artis oratoriae instituendae viam fecisse contendebant (Quint. inst. III 1, 16). Atque inde ab eius aetate certamen illud iam Platonis Isocratisque temporibus ortum nova ac recenti vi accensum est inter rhetores et philosophos, quae esset horum, quae illorum provincia. Hermagoras etiam primus θέσιν i. e. ‚quaestionem‘ (Cic. de inv. I 8), ‚quaestionem infinitam‘ vel ‚generalem‘ (Quint. inst. III 5, 5, qui pergit: ‚quod Graeci thesin dicunt, Cicero propositum [top. 79], alii quaestiones universales civiles, alii quaestiones philosopho convenientes, Athenaeus partem causae appellat‘) et ὑπόθεσιν i. e. ‚causam‘ (Cic. de inv. I 8), ‚quaestionem finitam‘ vel ‚specialem‘ (Quint. inst. III 5, 9) separavit;[1] neque minorem a ceteris omnibus rhetoribus laudem adeptus est statuum doctrina exculta ob dilucidam argumentorum dispositionem[2], qua genus iudiciale tantam auctoritatem consecutum esse videmus, ut postmodo deliberativum et laudativum plane fere neglegerentur. Satisfaciebat praeterea vitae Graecorum nunc a re publica gerenda remotae genus iudiciale, i. e. controversiae; civibus enim suadere vix licebat illis temporibus nisi in mediocribus municipiorum rebus; neque

[1] Cf. GThiele, Hermagoras, Straßb. 1893, 27 sq.; GJaeneke, De statuum doctrina ab Hermogene tradita. Diss. Lips. 1904, 79 sq.

[2] Cf. Thiele 46 sq.

vero non rhetores, quos vexabat laudis aviditas, controversias tractabant, cum hic potissimum offerretur occasio subtilis argumentationis actionisque argutae. Facile igitur intellegi potest, quomodo factum sit ut genus deliberativum, quod primitus iudiciali generi aequo iure adiunctum erat, tunc iudicialis, ut ita dicam, umbra nimis obscuraretur.

Postquam ex Asia Romam migravit eloquentia recenti gloria coepit fulgere. Ut Athenis summum ad fastigium erat evecta libera re publica, ita factum est Romae, quo tempore certabatur pro libertate a patribus accepta. Similiter autem atque antea in Graecia, cum Romae civitas libera concidisset, Caesaribus fasces tenentibus libertas loquendi inter parietes se recipere coacta est. Quo vero maior erat in foro ab oratoribus solitudo, quo abiectius senatus blanditiis deditus Caesarum voluntati oboediebat, eo altius ex cathedris rhetores sonabant in scholis et auditoriis.

Ante Ciceronis quidem tempora apud Romanos, si Senecae patris verbis fidem tribuimus (contr. I praef. 12), tractabantur themata generalia, quae vocabantur theses; Ciceronis aetate eloquentiae studiosi coram paucis amicis vel Latine vel saepius Graece disputabant (Cic. Brut. 310) ad exempla, quae causae appellabantur (Sen. l. c.). Primum Marii temporibus Latini rhetores, quod nomen sibi imposuerant hi viri (Suet. rhet. 1), Graecorum more ficta argumenta, quae quidem satis fideliter rebus Romanorum re vera gestis se applicarent, Latine adhibere et explicare coeperunt, id quod maxime libris auctoris incerti ad Herennium conscriptis probatur. Quo factum est, licet optimates obstinatis animis restiterint[1], declamatores enim hi simul populari ingenio favebant[2], licet Licinius Crassus ‚ludos impudentiae' (Tac. dial. 35; Cic. de or. III 93) anno 92 clauserit (Cic. l. c.; Gell. n. Att. XV 11; Suet. l. c. 1), ut cum alii tum Cicero ipse mores suos mutarent: ‚ad praeturam usque etiam Graece declamitavit, Latine vero senior quoque et quidem cum consulibus Hirtio et Pansa' (Suet. l. c. 1). Brevi deinde

---

[1] Cic. ap. Suet. l. c. 2: ‚doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse.'

[2] Cf. ENorden, Antike Kunstprosa, I 1898, 248 sq.; FLeo, Geschichte d. röm. Lit., I 1913, 314 sq.

mira facta est commutatio: exercitationes scholasticae antea destinatae ad animos excolendos, quo oratores satisfacerent vitae, Augusti fere temporibus in se posuerunt finem. Simul nova rerum nomina prolata sunt: ‚causae' enim (et deliberativae et iudiciales orationes, μελέται Graecorum) nunc dividuntur in suasorias et controversias. Eodem fere tempore novum quoque nomen scholasticorum[1] novam rem secutum est atque vocis declamandi notio mutata (Sen. l. c.), quae significabat Ciceronis temporibus non mediocriter dicere[2], nunc exercitationes rhetorum omnes complectebatur.

Suasoriae nomen primum invenitur Caesarum temporibus in Senecae patris libris (e. g. suas. VI 8; VII 10; contr. II 4, 8; VII 7, 19); Cicero orationes adhortativas suasiones appellaverat (or. 37; de or. II 333; part. or. 85 alibi). Quintilianus suasoriae nomine utitur, ut omnino designet orationes partis deliberativae (inst. III 8, 6), quae nusquam fere diligenter disiunguntur a suasoriis; inter quas quid interfuerit, docet Isidorus (RLM 508, 10 H): ‚suasoria eget altera persona, deliberativa interdum et apud se agit'. Neque apud Senecam discrimen ullum esse cognoscis ex eo, quod in suasoriis deliberativarum exempla inveniuntur (cf. I 6 alias).

Eloquentia etiamsi Caesarum temporibus re vera nihil valebat ad rem publicam administrandam, tamen erat finis totius puerorum iuvenumque eruditionis. Atque tria illa genera antiquitus tradita et usitata laudativae, deliberativae, iudicialis eloquentiae hoc colebantur modo, ut illa priora praepararent iudiciales meditationes; rhetoris autem erat, tria illa genera iuvenes docere varia antea ratione apud grammaticos instructos. Grammatici quidem, id quod imprimis Quintilianum querentem videmus, discipulos saepe ethopoeias, laudationes, alia docebant, quod erat rhetorum munus (Quint. inst. II 1, 1: ‚rhetores

---

[1] Scholastica, -orum pl. = τὰ σχολικὰ πλάσματα Dio Chr. XVIII 18: II 256, 7 de Arn.; sed etiam scholastica, -ae sc. oratio Sen. contr. III praef. 12/3.

[2] Si Kießlingi (ed. Lps. 1892 p. 62) lectionem sequimur, quam Ciceronis dicendi usu ut Phil. V 19 probari puto quamque in Bruti commentarium receperunt Jahn-Kroll (Berol. 1908⁵ p. 210). Cicero semper fere, ut discipulorum exercitationes designet, declamitandi voce utitur (Brut. 310; Tusc. I 7; ad fam. XVI 21, 5; Phil. V 19).

utique nostri suas partes omiserunt et grammatici alienas occupaverunt'.); unde facile intellegis, rhetores hanc consuetudinem ita probavisse, ut sibi res difficiliores reservarent, suasorias videlicet et controversias i. e. genus deliberativum et iudiciale. Multis enim modis declamationum usus praeparabatur[1], descriptionibus, laudationibus, probationibus, reprobationibus, comparationibus aliisque exercitationibus, quas optime novimus ex enchiridiis rhetoricis Graece προγυμνάσματα appellatis.

Suasoriis elaborandis maiorem animi mobilitatem rhetores affectabant, qua instructi accederent ad controversias, quippe quae ingenium poscerent ad omnia versatile (Tac. dial. 35; Quint. inst. II 4, 33). Controversiis enim totam eloquentiam atque eruditionem omnem cumulari satis constabat; quam ob rem discipulos omnibus fere institutionum generibus ad eas instrui oportebat, ut res ab utraque parte intueri discerent. Quem ad finem suasiones et dissuasiones maxime idoneas fuisse patet ex his Quintiliani personati verbis (decl. 255), ubi de lege ferenda controversia est: ‚proxime ad suasorias accedit hoc genus, nam et suasoriarum et legis suasio et dissuasio est.'

---

[1] Cf. GReichel, Quaestiones progymnasmaticae. Diss. Lps. 1909.

B. Themata Graeca.

1. E fabularum historia.

1. Libanius (V decl. 7/8 F): *Ἀλκίππη* θυγάτηρ Ἄρεος ἦν, ἐτύγχανε δὲ Ποσειδῶνος υἱὸς Ἁλιρρόθιος ἐρῶν αὐτῆς, ὃ μαθὼν Ἄρης τοῦτον ἀπέκτεινε· καὶ δικάζεται Ποσειδῶν Ἄρει ὑπὲρ Ἁλιρροθίου.

Si forte hac in materia pervulgata (cf. Liban. V p. 412 adnot. 1 F) quaeris, qui locus thema moverit, pro sophistarum studiis rhetoricis Demosth. XXIII 66 declamationi fingendae ansam praebuisse verisimile est, ubi narratur haec Neptuni actio.

2. **Medea** de parricidio cogitat. Emporius R(hetores) L(atini) M(inores) 573, 4 H(alm).

Rhetores sane certantes cum Euripide saepe hoc argumento utebantur (v. Sopatr. schol. in Herm. R(hetores) G(raeci) IV 449, 6 W(alz), ubi Medea amoris prolis affertur exemplum), cum Medeae amoris liberorum et ulciscendi cupidinis contentio egregia esset materia declamantibus, cf. Sen. Med. 916 sq. — Apud Ovidium met. VII 11 deliberationem invenimus Medeae, an Iasoni opem ferat,[1] praeterea monendum est de Ovid. heroid. epist. 12: Medea Iasoni. — Etiam in exercitationibus progymnasmaticis Medea haud raro occurrit: τ(ίνας) ἄ(ν) ε(ἴποι) λ(όγους) Μήδεια μέλλουσα ἀποσφάττειν τοὺς ἑαυτῆς παῖδας; Liban. IV p. 1009 R atque τ. ἀ. ε. λ. Μήδεια γαμοῦντος ἑτέραν Ἰάσονος; Liban. IV p. 1033 R, cf. RG IV 68, 6 W. — Μηδείας ἔκφρασις invenitur apud Liban. IV p. 1090 R et Nicolaum RG I 400 W, cf. Μήδεια ἐν Κόλχοις Philostr. imag. II 401 K. — Porro legimus Nicolai κατασκευὴν ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ Μήδειαν (I 301 W, cf. I 218 W) et ἀνασκευὴν ὅτι οὐκ εἰκότα τὰ κατὰ Μήδειαν (I 312 W, cf. Anonym. II 28, 25 W).

[1] Cf. CBrueck, De Ovidio scholasticarum declamationum imitatore. Diss. Gießae 1909 p. 19.

3. Deliberat **Agamemnon** an immolet Iphigeniam negante Calchante aliter navigare fas esse. Sen. suas. 3.

Apud Homerum huius deliberationis nullum vestigium invenitur; sine dubio ex tragoediis hoc argumentum rhetoribus gratissimum, an pater vincat regem (Ov. met. XII 30), decerptum est.

4. Libanius (V decl. 3/4 F): πρεσβευτικοὶ πρὸς τοὺς Τρῶας ὑπὲρ τῆς Ἑλένης.

Sophista incitatus est Homeri narratione (Il. III 205 sq.), ut satisfaceret Antenoris verbis, qui Menelai et Ulixis genus dicendi describit l. c. 213 sq.: quae res aperta fit τῇ προθεωρίᾳ (p. 199 F).

Achilles:

5. Aristides (or. 52 D): πρεσβευτικὸς πρὸς Ἀχιλλέα. Argumentum petitum est ex Iliade (IX 225 sq.).

6. Pap. Heidelb. 1271 (ed. Gerhard-Crusius: Mythologische Epigramme in einem Heidelb. Papyrus. Mélanges Nicole. Genf 1905 p. 616 sq.): Φοῖνιξ ἐν τῇ πρεσβείᾳ προτρεπόμενος τὸν Ἀχιλλέα παύσασθαι τῆς ὀργῆς.

Cf. Il. IX 434–605. — Haud mediocriter versabantur his in legationibus scriptores rhetoricae artis, cuius rei testis est Telephus περὶ τῆς καθ' Ὁμήρου ῥητορικῆς, cf. HSchrader in Hermae vol. 37, 1902, 530 sq.

7. Libanius (V decl. 5 F): πρὸς τὸν Ὀδυσσέως ἐν Λιταῖς πρεσβευτικὸν ἀντιλογία Ἀχιλλέως.

Aemulans Aristidem Libanius hanc scripsit declamationem, cuius argumentum decerptum est ex Il. IX 307 sq.

8. Choricius (p. 239 sq. Boiss. ed. Paris. 1846): ἀφαιρεθεὶς Ἀχιλλεὺς τῆς Βρισηΐδος, ἐπὶ τῆς οἰκείας διῆγε σκηνῆς ὀργιζόμενος· πρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν Ἀγαμέμνων, μετὰ πλείστων τὴν κόρην ἀποδιδοὺς δωρεῶν· καὶ γέγονεν ἄπρακτος αὐτῇ πρεσβείᾳ καὶ Βρισηΐδι καὶ δώροις. Χρόνος ἐν μέσῳ βραχύς, καὶ προσθήκη ταῖς Ἑλλήνων ἀτυχίαις πολλή. Ἤσθετο Πάτροκλος καὶ συνήλγησε καὶ τὰ μὲν δακρύων, τὰ δὲ νουθετῶν διαλλάξαι πειρᾶται τὸν Ἀχιλλέα τοῖς Ἕλλησιν.

Cf. Il. IX 20—45. — Eandem rem spectat Choricii ethopoeia (l. c. p. 146 sq.) τ. ἀ. ε. λ. ὁ Φοῖνιξ τῆς μὲν πρεσβείας ἀποτυχών, βοηθοῦντος δὲ τοῖς Ἕλλησιν Ἀχιλλέως, ὅτε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἀγαμέμνων στείλας τὴν Βρισέως ἐξέπεμψε;

9. Choricius (ed. RFoerster: Achill und Polyxena in Hermae vol. 17, 1882, 193 sq.): μετὰ τὴν Ἕκτορος τελευτὴν ἐρασθεὶς Ἀχιλλεὺς τῆς Πολυξένης πρεσβεύεται πρὸς τοὺς Τρῶας μισθὸν ἐπαγγελλόμενος τοῦ γάμου τὴν συμμαχίαν· βουλευομένων τῶν Τρώων παραινεῖ δέχεσθαι Πολυδάμας ἀντιλέγοντος Πριάμου.

Legat qui de hoc argumento institui vult, commentationem Foersteri et ea quae disseruit WHRoscher in lex. myth. I 48 sq. — Commemorandae sunt ἔκφρασις Πολυξένης σφαττομένης ὑπὸ τοῦ Νεοπτολέμου in Nicolai progymn. RG I 394 W, Christodori ἔκφρασις 197—208, Libanii ethopoeia τ. ἀ. ε. λ. Πολυξένη κελευομένη παρὰ τῶν Ἑλλήνων κομίζεσθαι λεγόντων αὐτῇ· ὅτι νύμφη ἔσῃ τοῦ Ἀχιλλέως IV 1037 R.

10. Τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀχιλλεὺς ἐπὶ τῷ φίλῳ Πατρόκλῳ, βουλευόμενος πολεμεῖν πρὸς Τρῶας; Aphthon. II 45, 9 Sp(engel).

Fortasse hic ethopoeia locum habet, ut legitur apud Doxopatrem II 499, 5 W . . . βουλόμενος ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον;

11. Dracontius (Romul. IX ed. Vollmer Mon. Germ. hist. XIV 1 p. 173 sq.): Deliberatio Achillis an corpus Hectoris vendat.

Poeta tragicorum fictionem secutus est, ut ex eo apparet quod corpus Hectoris auro solvi vult; ita enim Aeschylus recordans illius versus Il. XXII 351 (οὐδ' εἴ κέν σ' αὐτὸν χρυσῷ ἐρύσασθαι ἀνώγῃ Δαρδανίδης Πρίαμος) narravit rem primus in fabula, quae inscripta erat Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα (TGF p. 84—87 N), quem secuti multi poetae alii eandem materiam tractaverunt (cf. Heckenbachium in R(eal)-E(nzyklopaedie) VII 2 p. 2813 s. v. Hektor). Eandem condicionem spectant progymnasmata Nicolai τ. ἀ. ε. λ. Ἀχιλλεὺς ἐπὶ τῆς σκηνῆς θεασάμενος Πρίαμον; I 389 W et Severi τ. ἀ. ε. λ. Ἕκτωρ ἐν Ἅιδου ἀκούσας τὸν Πρίαμον συγγεύσασθαι Ἀχιλλεῖ; I 544 W.

Aiax:

12. Armorum iudicium. Sen. contr. II 2, 8.

Verbis (cf. Od. XI 545 et schol.) certant Aiax et Ulixes de armis Achillis, quorum disputatione in Iliade minore narrata (Arist. poet. 23, 1459 b; Proclus in Homeri op. V 106 ed. Allen Oxf. 1911) et in Arctini Aethiopide (Proclus l. c.) usi sunt Aeschylus in fabula ὅπλων κρίσις (p. 57—59 N), Pacuvius, qui Aeschylum secutus est, in Armorum iudicio (SPRF I² 80—82 R), Accius (p. 154—157 R; cf. FLeo, Gesch. d. roem. Lit. I (1913) 398, 1), Pomponius (II² 228 R). — Aiacis et Ulixis σύγκρισιν commemorat Theo II 112, 22 Sp, praeterea admonendum est de Antisthenis Aiace et Ulixe (cf. HILulolfs, De Antisthenis studiis rhetoricis. Diss. Amstelod. 1900, 60 sqq.), de κατασκευῇ ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ τὴν κρίσιν τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων apud Nicolaum I 292 W, qua de re exstat Libanii declamatio IV 884 R, et de laudatione Aiacis Telamonii in Georgii progymn. I 564 sq. W. — Armorum iudicium legimus in Ov. met. XIII 5 sq., Quint. Smyrn. V 180 sq.; cf. Iuvenal. VII 115: ‚surgis tu pallidus Aiax.'

13. D e l i b e r a t A i a x d e c a e d e A g a m e m n o n i s a t q u e U l i x i s. Emporius RLM 573, 14 H.

Aiax in armorum iudicio superatus, ira et ulciscendi cupidine inflammatus incidit in insaniam, quae res fabula Sophoclea notissima est. Achaeorum iudicium hominibus posterum temporum iniustum fuisse videbatur (cf. ORoßbach in R.-E. I 1 p. 931 sq.; Fleischerum in Roscheri lex. myth. I 127 sq., ubi invenias eorum nomina, qui poetice hanc rem tractaverint). — Apud Libanium commemoratur declamatio τ. ἀ. ε. λ. Αἴας στερηθεὶς τῶν ὅπλων; IV 1038 R, in Nicephori progymn. I 473 W τί ἀ. ε. λ. ὁ Αἴας ἰδὼν ἐν Ἅιδῃ τὸν Ὀδυσσέα μετὰ σώματος, cf. Anonym. III 593 W (Od. XI 541 sqq.); in Anth. Pal. IX 470 τί ἀ. ε. Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Αἴαντα φιλιωθῆναι; (cf. apparat. crit. in Stadtmuelleri ed. Lps. 1906).

Ulixes:

14. μετὰ τὸν Ἀχιλλέως θάνατον ἀποσφάξαντος ἑαυτὸν Αἴαντος διὰ τὴν τῶν ὅπλων ἀφαίρεσιν κρίνει ὁ Παλαμήδης τὸν Ὀδυσσέα. Anonym. IV 173, 32 W.

Quibus addit auctor (p. 174 W): δῆλον γάρ, ὅτι πρὶν τελευτῆσαι τὸν Ἀχιλλέα τέθνηκεν ὁ Παλαμήδης, συνίσταται δὲ τοῦτο, εἰ μελετᾶται κατὰ τὴν αἴτησιν οὕτω καλουμένην, οἷον

ἵνα τις προείπῃ ὅτι οἶδεν, ὅτι παρ' ἱστορίαν λέγει. — Palamedis nomen affert nobis memoriam declamationis Alcidamantis quae inscribitur: Ὀδυσσεὺς κατὰ Παλαμήδους προδοσίας et Gorgiae quae fertur: ὑπὲρ Παλαμήδους ἀπολογία, inter quas declamationes quae intercedat ratio, nuperrime docuit HAuer, De Alcidamantis declamatione quae inscribitur Ὀ. κ. Π. π., Diss. Monast. 1913, p. 50 sq.

15. Aiax in silva, postquam resciit quae fecisset per insaniam, gladio incubuit. Ulixes intervenit, occisum conspicatur, corpore telum cruentum educit. Teucer intervenit, fratrem occisum, inimicum fratris cum gladio cruento videt: capitis arcessit. Auct. ad Her. I 18 (cf. II 28 - 30; Cic. de inv. I 11; 92).

Unde petitum sit argumentum, docet Quint. inst. IV 2, 13: ‚ut in tragoediis, cum Teucer Ulixem reum facit Aiacis occisi, dicens inventum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento . . .' Teucrum scripserunt fabulam Sophocles (TGF² p. 255 sq., cf. Aeschyl. Salamin. p. 72 sq.) et Pacuvius (SRPF I² p. 116—21 R).

16. Reus est Ulixes laesae rei publicae, quod procos occiderit. Augustin. de rhet. 14 RLM 145, 22 H.

Hoc thema fictum esse a rhetore quodam respiciente ad Odysseae finem (XXIV 426 sq.) concedas, tamen haud scio an ansam praebuerit alia fabulae versio, cuius mentionem faciunt Aristoteles in Plut. qu. Gr. 14 et Apollod. epit. 7, 40: Neoptolemus arbiter Ulixem in exilium eicit, procorum propinquos multa condemnat ut sarciant ea, quae illi consumpserunt.

Orestes:

17. Libanius (V decl. 6 F): μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν καὶ τὴν Ἀγαμέμνονος τελευτὴν Ὀρέστης ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα ὡς ἀνδροφόνον κρίνεται φόνου.

Hoc in themate tritissimo, cuius vestigia varia in omnibus fere libris rhetoricis elucent (cf. Auct. ad Her. I 17; 25/26; Cic. de inv. I 18; Quint. III 5, 11; Augustin. RLM 140, 11 H; Sopatr. V 110, 4 W alios) Libanius non est secutus illam Aeschyli in Eumenidibus formam fabulae (cf. p. 373, 4 sq. F), sed res agitur apud homines. — Antisthenem apologiam Orestis

scripsisse commemorat Diog. Laert. VI 15 et κατασκευὴν ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ Ὀρέστην invenimus in Nicolai progymn. I 318 W. — Quo cum themate coniungere liceat aliud:

18. λοιμοῦ καταλαβόντος τὴν Ἑλλάδα ἔχρησεν ὁ θεὸς παύεσθαι τὴν νόσον, εἰ τὴν ἀσεβῆ πόλιν κατασκάψειαν, καὶ ἀντιπροβάλλονται ἀλλήλας Ἄργος τε καὶ Θῆβαι. Syrian. II 124, 3 R(abe).

Inventum est, ut vidit Wuensch, hoc thema a rhetoribus, ut Oedipodis et Aegisthi scelera τῇ συγκρίσει adaptentur; eiusdemmodi comparationem invenimus apud Nep. (cf. Plut. apophth. Epam. 15, 193 C; praec. reip. ger. 810 F) Epam. 6, qui legatum Atheniensium in Arcadum conventu a. 366 Thebanis et Argivis haec crimini dedisse narrat.

2. Croesus, Lydi, Scythae.

19. ἔχρησεν ὁ θεὸς τῷ **Κροίσῳ** τοὺς ἀρίστους ἑλέσθαι τῶν Ἑλλήνων συμμάχους, εἵλετο Λακεδαιμονίους, καὶ συμβουλεύει τις Ἀθηναίοις Κύρῳ συμμαχεῖν. Hermog. 114, 18 R.

Herodoto (I 53; 56; 69) nituntur rhetores, quod Croesum oraculo illo commotum Lacedaemoniorum societatem petisse et adeptum esse dicunt; altera autem propositi pars mere ficta vix admirationem habet, si quis novit scholasticorum mores; cf. infra sub 15.

20. μετὰ τὸν περὶ τοῦ Ἅλυος χρησμὸν Κροίσῳ τις συμβουλεύσας στρατεύειν ἐπὶ Πέρσας κρίνεται μετὰ τὴν ἧτταν. Syrian. II 148, 19 R.

Declamatores fingebant argumentum ut suspicor, quod meminerant, quomodo Croesus apud oraculum Delphicum quereretur (Herod. I 90/1), quod se vaticiniis deceptum esse putabat.

21 . . . τοὺς **Λυδοὺς** ὁ Κῦρος ἐκπορθήσας
θῆλυν ἐκέλευσε στολὴν ἀτίμως ἐνδυθῆναι.
οἱ δὲ θανεῖν ἠξίωσαν σφᾶς ἑαυτοὺς τῷ τότε.

Tzetz. in Anecd. Oxon. IV 123, 10 Cr(amer).

Respexerunt ii qui declamabant hoc thema ἐσχηματισμένον, ad Herod. I 155 (cf. Iustin. I 7, 11; Polyaen. strat. VII 6, 4);

rhetorice autem Lydi mortem postulantes finguntur, cum apud Herodotum (I 157) legamus: (Μαζάρης) τοὺς Λυδοὺς ἠνάγκασε τὰς Κύρου ἐντολὰς ἐπιτελέειν· ἐκ τούτου δὲ κελευσμοσύνης Λυδοὶ τὴν πᾶσαν δίαιταν τῆς ζόης μετέβαλον.

Adiciantur hic themata nonnulla quae alibi collocare satis magna est difficultas.

22. προσόντος ἀγαθοῦ καὶ ἀφανισθέντος λύπη τῶν ἀπολωλότων βουλεύονται μετοικεῖν οἷον

a) ***Λυδοὶ*** μὴ ῥέοντος τοῦ Πακτωλοῦ τὸν χρυσὸν (cf. Herod. V 101).

ἢ b) ***Αἰγύπτιοι*** μὴ ὑπερβαίνοντος τοῦ Νείλου καὶ ἄρδοντος τὴν γῆν

ἢ προσεπιγενομένου κακοῦ ἀπροσδοκήτου οἷον

a) σείεται ***Σικελία*** συνεχῶς καὶ βουλεύονται μετοικεῖν, ἢ πάλιν

b) ῥεῖ ἐπὶ τὴν Κατάνην ἀπὸ τῆς Αἴτνης τὸ πῦρ καὶ βουλεύονται μετοικεῖν (cf. Hermog. 162, 16 R et Philostr. v. s. p. 119, 23 K, Hippodromi οἱ Καταναῖοι) Hermog. 109, 22 R.

Ad II b: eruptionem anni 425 narrat Thuc. III 116; cf. Paus. X 28, 4; Strab. 269, 274 C; Oros. V 13; Tzetz. in Anecd. Oxon. IV 53, 6 Cr; Aetna v. 604 sq. ed. Sudh.

23. a) Deliberant **Scythae** urbes condere;
b) del. Sc. u. c. cum pestilentia laborarent;
c) del. Sc. cum pestilentia laborarent, utrum urbes instituant an sedes novas quaerant. Empor. RLM 570, 28 H.

Illustre exemplum erant Scythae, ut compararetur ὁ νομαδικὸς καὶ ὁ ἀστικὸς βίος; Scytharum enim iam ex Herodoti temporibus (e. g. IV 78; 127) nota erat aliunde alio commigratio. — Alexander Peloplato eadem declamavit: ὁ τοὺς Σκύθας ἐπανάγων ἐς τὴν προτέραν πλάνην, ἐπειδὴ πόλιν οἰκοῦντες νοσοῦσιν Philostr. v. s. p. 78, 20 K (similiter 81, 30: τοὺς ἐν τοῖς πεδίοις νοσοῦντας ἐς τὰ ὄρη ἀνοικίζεσθαι πείθων . . .); praeterea commemorantur Hippodromi οἱ Σκῦθαι (p. 119, 32); cf. Apsin. 247, 17 H. Ac ne accusatio deesset, fingebantur in ludis haec:

ἔπεισέ τις Σκύθας τοὺς νομάδας πόλιν οἰκῆσαι καὶ νοσούντων αὐτῶν κρίνεται. Apsin. 228, 10 H.

3. Lycurgus, Cylo, Solo, Pisistratus.

24. ὁ ***Λυκοῦργος*** ὁ θεὶς τὸν περὶ τῆς ξενίας[1] νόμον κρίνεται. Apsin. 254, 17 H.

Ansam declamationi praebuisse puto Thuc. I 144 vel II 39, ubi hic Lacedaemoniorum mos improbatur; lex ipsa commemoratur Xen. resp. Lac. 14, 4; Plut. Lyc. 27 (cf. 9 τεχνῶν ξενηλασίαν); Agis 10; Lac. instit. 20: καὶ ξενηλασίας εἰσήγετο, ὅπως οἱ παρεισρέοντες μὴ διδάσκαλοι κακοῦ τινος πολίταις ὑπάρχωσι.

25. ὁ ***Κύλων*** ὁ γαμήσας τὴν Θεαγένους θυγατέρα τῶν Μεγαρέων τυράννου καὶ διὰ τοῦτο κρινόμενος παρ' Ἀθηναίοις τυραννίδος ἐπιθέσεως. Sopater IV 372, 20 W.

Decerpta est materia ex Thuc. I 126; actio vero fingitur, cupidi enim erant rhetores accusandi ex indiciis quibus videatur, homines τυραννίδος ἐπιθέσεως; cf. n. 89; 127. — Idem declamationis thema nominibus omissis respicit Syrian. II 80, 3 R: νέος πλούσιος ἐξ ἀστυγείτονος πόλεως ἔγημε τυράννου θυγατέρα καὶ κρίνεται τυραννίδος ἐπιθέσεως.

26. Polemo (Philostr. v. s. p. 53, 14 K): ὁ ***Σόλων*** ὁ αἰτῶν ἀπαλείφειν τοὺς νόμους λαβόντος τὴν φρουρὰν τοῦ Πεισιστράτου.

Respiciebant fortasse rhetores talia, qualia legimus Arist. Ἀθπ. 14, 2; Diod. IX 21; Plut. Sol. 30; an sen. resp. ger. 21, 794 F; Ael. v. h. VIII 16; Diog. Laert. I 50 ubi narratur, quomodo Solo Pisistrati tyrannidem prohibere conatus sit; cf. MSploesteter, De Solonis carminum civilium compositione, Diss. Regim. 1911, 57 sq.; E. de Stern in Hermae vol. 48, 1913, 426 sqq.

27. ἡ ***Φύη*** μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ Πεισιστράτου κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. Hermog. 104, 16 R.

---

[1] ξενίας quam vocem auctoritate codicis A permotus in contextum recepit Hammer, an comprobandum sit dubito; ubicumque enim haec lex commemoratur, auctores ξενηλασίας voce utuntur, ut in cod. B τὸν τῆς ξενηλασίας νόμον legitur.

Commemoratur Phyae historia apud Herod. I 60; Arist. Ἀθπ. 14, 4; Athen. XIII 9; Polyaen. I 21, 1; Tzetz. in Anecd. Oxon. IV 48 Cr; de iudicio nihil traditum est. Cf. infra sub 11: In tyrannos.

4. Themata ad Darii et Xerxis expeditiones spectantia.

28. Alexander Peloplato (Philostr. v. s. p. 81, 21 K): διεξιὼν τὸν ξυμβουλεύοντα τῷ Δαρείῳ ζεῦξαι τὸν Ἴστρον.

Cf. Herod. IV 89: Δαρεῖος . . . τοῖσιν Ἴωσι παραγγείλας πλέειν . . . μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ . . . ἐνταῦθα αὐτὸν περιμένειν, ζευγνύντας τὸν ποταμόν. Haec verba autem declamationem movisse vix verisimile est, id quod facilius fieri potuit in illo ponte faciendo, quem commemorat Herod. IV 87; qua re illud Miltiadis consilium (IV 137) effecisse puto ut hic Istri pons in declamantium memoria maneret.

29. βουλεύονται Ἀθηναῖοι, εἰ χρὴ θάπτειν τοὺς ἐν *Μαραθῶνι* πεσόντας τῶν βαρβάρων. Hermog. 38, 6 R.

Paus. I 32, 5 Athenienses affirmare refert se Medos sepelivisse, sed sepulcrum aut monumentum non inveniri.

30. Λακεδαιμόνιοι μετὰ τὰ ἐν Μαραθῶνι βουλεύονται λύειν τὸν τῆς πανσελήνου νόμον. Hermog. 113, 6 R.

Lacedaemonios superstitiosa religione impeditos esse, quominus Athenienses adiuvarent, narratur Herod. VI 106; Iustin. II 9, 9; Paus. I 28, 4; schol. in Ar. Ach. 84. De lege quam dicunt cf. Lucian. de astrol. 25; Plut. de Herod. mal. 26. Idem argumentum respicitur in scholio VII 724 W, ubi pro Ἀθηναῖοι legendum est Ἀθηναίοις.

31. Polemo (ed. HHinck Lps. 1873): νόμου ὄντος τοῦ ἄριστα ἀποθανόντος ἐν πολέμῳ τὸν πατέρα λέγειν τὸν ἐπιτάφιον ὁ Καλλιμάχου καὶ Κυναιγείρου πατὴρ δικάζονται.

Eadem declamatio non nisi initio mutato (ἔδοξεν τῶν ἐν Μαραθῶνι πεσόντων ἐπιτάφιον εἰπεῖν . . . quod melius esse Polemonis inscriptione apparet, cum haec lex inepta sit fictio) legitur apud Syrian. II 164, 21 R. — Huic Callimachi et

Cynaegiri comparationi ansam praebuit Herod. VI 114, cuius verba mirum in modum augentur apud rhetores, cf. HJuettner, De Polemonis rhetoris vita, operibus, arte (Bresl. philol. Abhandl. VIII 1) p. 46—60. — τὴν μεγίστην ἐς τοὺς λόγους ὑπόθεσιν appellat hoc Marathonis, Miltiadis, Cynaegiri argumentum identidem tractatum (e. g. Lucian. rhet. praec. 18; v. Dem. 53; Anthol. Pal. XI 335) Lucianus (Iupp. trag. 32 cf. schol.).

32. ἀστρατεία ἐδόθη τοῖς ἐν Μαραθῶνι πολεμήσασιν· ἀγγέλλεται ὁ Ξέρξης ἐπιών, καὶ αὐτοὶ ἀξιοῦσι στρατεύεσθαι· ἡ δὲ πόλις ἀντιλέγει. Anonym. probl. rhet. VIII 410, 24 W.

Thesis quaedam mire ficta, si recte ausculto, subauditur; ἀριστέως — viri fortis Romanorum: Sen. contr. X 2 — praemia petentis possibilia et impossibilia sescenties declamabantur controversiae.

33. βουλεύεται Ξέρξης εἰ δεῖ ἐφ' Ἕλληνας στρατεύεσθαι. Max. Plan. V 345 adn. 95 W.

Cogites licet de Herodoto VII 5 sq.

34.* Alexander Peloplato (Philostr. v. s. p. 81, 23 K): Ἀρτάβαζος ὁ ἀπαγορεύων τῷ Ξέρξῃ μὴ τὸ δεύτερον στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.

Argumenti materiam praebebat Herodotus (VII 10), qui fingit Xerxen deliberantem de bello Graecis inferendo (cf. n. 33); Philostratus vel Alexander aeque atque Hermogenes 408, 23 R confundit Artabazum cum Artabano Herodoteo expeditionem dissuadente.

35. ὁ συμβουλεύων πλεῦσαι βασιλεῖ διὰ τοῦ Ἄθω. Apsin. 225, 20 H.

Egregium illud opus Xerxis (cf. Herod. VII 21—24) identidem in veterum scriptis commemoratur, quibus ex locis (v. Oberhummer in R-E II 2067) affero Thuc. IV 109, 3; [Lys.] II 29; Isocr. IV 89 (cf. hunc ad locum comment. in Rauchensteinii-Muenscheri Ausgew. Reden d. Isokr.[6] Brln 1908); Aeschin. III 132; Sen. suas. V 7. — Lucian. rhet. praec. 18: καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλείσθω . . . v. Méridier, un lieu commun de la seconde sophistique, Revue de philol. XXX 1906, 207—9.

36.* Ξέρξου ἐπιόντος συμβουλεύει τις Ἀθηναίοις διορύξαι τὴν Χερρόνησον. Anonym. III 667 W.

Suasoria fingitur quod quaerebatur Atheniensibus consilium respondens Peloponnesiorum proposito Isthmi muniendi (Herod. VIII 40; Diod. XI 16, 3; Nep. Them. 4, 2; Iustin. II 12, 19; Plut. Them. 9). Perfodiendi consilium dat rhetor recordans illius Xerxis fossae. Ex re est commonefacere illam Isthmi perfodiendi thesin imprimis invaluisse Caesarum temporibus, ubi re vera talia secum egisse scimus Caesarem (Suet. C. 44, 3), Caligulam (Suet. 21), Neronem (Suet. 19, 2), cf. CMuenscher in R-E VIII 1, 933.

37.* βασιλεὺς ἐπαπειλεῖ τοῖς Θετταλοῖς ἐπαφεῖναι τὸν Πηνειὸν (καὶ βουλεύονται). Apsin. 232, 8 H.

Ansam praebuit Xerxis percontatio (Herod. VII 128, 130) εἰ τὸν παταμόν ἐστι παρατρέψαντα ἑτέρῃ ἐς θάλασσαν ἐξαγαγεῖν. — Servata est nobis falso sub Adriani nomine (cf. RHercher, Zu Jamblichus Babyloniaca in Hermae vol. 1 1866, 361 sq.) impressa (in Polem. ed. HHinck p. 45) declamatio similem rem tractans: μισθοφόροι τὸν ποταμὸν τοῖς πολεμίοις ἐπήγαγον καὶ ἀπαιτοῦσι τὸν μισθὸν παρ' Ἀμφικτύοσι δικαζόμενοι.

38. ἐπιόντων Περσῶν ***Λακεδαιμόνιοι*** βουλεύονται τειχίσαι τὴν Σπάρτην. Apthon. II 49, 25 Sp.

Idem thema commemoratur Philostr. v. s. p. 89, 1 K (Aristides: ὁ παραιτούμενος τὸν τειχισμὸν τῆς Λακεδαιμονίας) et p. 27, 11 K (Isaeus: τοὺς Λακεδαιμονίους ἀγωνιζόμενος τοὺς βουλευομένους περὶ τοῦ τείχους). — Urbem munitam esse a Lacedaemoiis, cum bellum gererent cum Demetrio Poliorceta, testatur Paus. I 13, 5/6, quae res fortasse declamationem movit, nisi forte putes illud Lacedaemoniorum: ‚non est Sparta lapidibus circumdata' (Sen. suas. II 3) apud multos scriptores allatum ansam praebuisse. — Novimus hanc thesin εἰ τειχιστέον τὰς πόλεις; I 415 W; Liban. IV 1334 R.

39. Trecenti Lacones contra Xersen missi, cum treceni ex omni Graecia missi fugissent, deliberant an et ipsi fugiant. Sen. suas. 2.

Notandum est hac in inscriptione ‚trecenos ex omni Graecia missos' commemorari; unde apparet rhetores elegantias quasdam adhibuisse, ut res esset concinnior declamantibus, et de industria mutasse facta; rerum scriptorum alii alios numeros pugnantium tradunt (Herod. VII 201; Paus. X 20, 2; Diod. XI 4, 5;

Iustin. II 11; Oros. II 9). Non est dubium quin egregia illa apud Thermopylas facta crebris elogiis praebuerint materiam; ex multis testimoniis unius Luciani verba cavillantia afferre liceat (rhet. praec. 18): καὶ ἀεὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Μηδικῶν βελῶν σκεπέσθω καὶ Ξέρξης φυγέτω καὶ ὁ Λεωνίδης θαυμαζέσθω καὶ τὰ Ὀθρυάδου γράμματα ἀναγινωσκέσθω καὶ ἡ Σαλαμὶς καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον καὶ αἱ Πλαταιαὶ πολλὰ ταῦτα καὶ πυκνά.

40. φευγόντων τῶν τριακοσίων Λακεδαιμονίων ἐκ τοῦ πολέμου ἐν γυναικείαις στολαῖς αἱ οἰκεῖαι μητέρες συναντήσασαι ἀπέκτειναν καὶ φεύγουσι δημοσίων. Sopater IV 675, 4 W.

τῆς συγκρίσεως causa est omni fide historica carens inventum: quam praeclarum illud trecentorum apud Thermopylas occisorum, quam turpe hoc foedissimum factum!

41.* περὶ τῆς προπομπείας ἀμφισβητοῦσιν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι **μετὰ τὰ Μηδικά.** Hermog. 388, 20 R.

Certant civitates utra praecedat cum dona Delphos missuri sint, ut apparet ex scholio Ioh. Sic. VI 483, 10 W. — Apud Herodotum huius rei nihil inveni, nisi forte de Herod. VIII 121 vel IX 81 (cf. Diod. XI 27; 33; Iustin. II 10, 14) cogites, quibus ex locis Graecos dona Delphos misisse comperimus.

42. πρόκειται Μαρδονίῳ ἀναχωρήσαντι μετὰ τὴν ἧτταν ἀπολογία παρὰ βασιλεῖ. Hermog. 34, 4 R.

Ut dicit auctor, vana est fictio et κακόπλαστος, μελετωμένη δὲ ὅμως (p. 33, 18 R), cum Mardonius mortuus sit, priusquam in patriam reverteretur (Herod. IX 63).

43. Deliberant Athenienses an tropaea Persica tollant Xerse minante rediturum se nisi tollantur. Sen. suas. 5.

De regis minis (potius liceret de Dario cogitare) nihil repperi; cf. n. 159 et 198.

44. μετὰ τὰ Μηδικὰ ἀξιοῖ τις ἐπὶ τοὺς μηδίσαντας στρατεύειν. Apsin. 219, 9 H.

Herod. IX 86 (cf. Diod. XI 33, 4): βουλευομένοισί σφι (τοῖς Ἕλλησιν) ἐδόκει στρατεύεσθαι ἐπὶ τὰς Θήβας καὶ ἐξαιτέειν τοὺς μηδίσαντας.

45. νόμος τὸν ἄπολιν ἐν Ὀλυμπίᾳ μὴ ἀγωνίζεσθαι. Ἀθηναῖον ἀθλητὴν μετὰ τὰ Μηδικὰ βουλόμενον

ἀγωνίζεσθαι κωλύουσιν Ἠλεῖοι καὶ κρίνουσιν αὐτοὺς Ἀθηναῖοι ἐπὶ τῶν Ἀμφικτυόνων ὕβρεως. Syrian. II 100, 12 R.

Declamationis occasionem sumptam esse suspicor ex Herodoti narratione (VIII 59 61; Plut. Them. 11), ubi Themistocles in ducum consilio tacere iubetur ut homo exsul ὅτι ἡλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι; ille autem respondisse dicitur ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μέζων ἤπερ κείνοισιν, ἔστ' ἂν διηκόσιαι νῆές σφι ἔωσι πεπληρωμέναι.

46. πέπομφε βασιλεὺς χρυσοῦν στέφανον τῇ ἀρίστῃ τῶν πόλεων· ἀξιοῖ τις ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπ' αὐτὸν στρατεύειν. Apsin. 246, 3 H.

Exemplum fictum esse putes ut illustrentur auctoris verba p. 245, 8 sq.: ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ζητήμασιν, ἐν οἷς ἀπέσταλται στέφανος ἢ πρεσβεῖα παρά τινος τῶν πολεμίων, τὴν γνώμην ἐξετάζοντες τοῦ πέμψαντος οὕτω καταστησόμεθα . . .

47. πολεμοῦντες Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι πρὸς ἀλλήλους, ἔπεμψαν πρέσβεις πρὸς Ξέρξην ἑκάτεροι περὶ συμμαχίας οἰκείας· ὁ δὲ ὑπέσχετο δώσειν τῷ προσκυνήσοντι. Ἀθηναῖοι προσκυνήσαντες ἔλαβον, τῶν Πελοποννησίων μήτε προσκυνησάντων μήτε λαβόντων. ὡς ἐνίκησαν, ὕστερον κρίνονται ὡς παρανομήσαντες. Anonym. probl. rhet. VIII 405, 7 W.

Id agitur quid faciendum sit in impudentibus vel intolerabilibus postulatis, cf. n. 21. Ansam praebuisse videtur huic declamationi simile quoddam quod narratur Plut. Them. 27: petit Themistocles ut colloquium sibi cum rege Persarum fiat; certior factus τῇ προσκυνήσει opus esse hanc ad rem, respondisse dicitur αὐτός τε πείσομαι τοῖς ὑμετέροις νόμοις, ἐπεὶ θεῷ τῷ μεγαλύνοντι Πέρσας οὕτω δοκεῖ, καὶ δι' ἐμὲ πλείονες τῶν νῦν βασιλέα προσκυνήσουσιν.

5. Miltiades, Aristides, Themistocles.

Miltiades ob victoriam Marathoniam elatus gratissimum erat exemplum animi Atheniensium beneficiorum immemoris:

48. Μιλτιάδης μετὰ τὰ ἐν Μαραθῶνι συμβουλεύει θύειν Πανί. Sopater V 76, 1 W.

Pana pugna cum Marathonia coniungit primus Herod. VI 105 narrans hunc deum Phidippidae apparuisse et Atheniensibus auxilium promisisse; eadem refert Paus. I 28, 4. — Locos ubi Panis fanum commemoratur, contulit A Milchhoefer apud E Curtium, Stadtgeschichte von Athen. Berlin 1891 p. XXXVII, quibus Paus. VIII 54, 5; schol. in Clem. Alex. protrept. p. 310, 21 sq. St addas. — Quomodo orta sit narratio de Miltiade id agente ut Pani sacrificarent (Miltiadem Pani statuam collocasse dicunt, v. Anth. Plan. 232, 233.) facile perspicies, si legeris e. g. Nepotis (Milt. 2) verba: ‚quo factum est ut plus quam collegae Miltiades valeret' cf. Iustin. II 9, 10; Plut. Arist. 5. — In declamationibus Marathoniis Pana deesse non licuit (cf. Polem. I 35; II 41, 62), qui etiam huic controversiae materiam praebuit: ζωγράφος τις, πάντα τὰ ἐν Μαραθῶνι γράψας, τὸν Πᾶνα οὐκ ἐποίησε συμμαχοῦντα τοῖς Ἀθηναίοις καὶ κρίνεται ἀσεβείας. Max. Plan. V 323, 26 W. — Nicolai ethopoeia: τ. ἄ. ε. λ. Μιλτιάδης ἐν Μαραθῶνι πρῶτον θεασάμενος Πᾶνα τὸν θεόν (I 386 W).

49.* Choricius (ed. RFoerster, Ind. lect. Vrat. 1892/3): κρίνει Ξάνθιππος Μιλτιάδην τῆς εἰς τὸν δῆμον ἀπάτης, ὡς προδεδωκότα Παρίοις τὴν ἀναχώρησιν.

Materiam declamationis praebuit Herod. VI 132 sq.; rhetor Miltiadem se ipsum defendentem fingit, cum Herodotus et Nepos (I 10) illum pro se verba facere non potuisse narrent, qua de re ipse dicit Choricius (l. c. p. 3, 13): Ἡροδότῳ μὲν οὖν πεποίηται σιωπῶν τῇ χειρὶ μόνον τὸ πάθος ὑποδεικνύς, ἐγὼ δὲ τῆς Μιλτιάδου γλώττης ἀκούειν ἐπιθυμῶν ἠχθόμην τοιοῦτον ὁρῶν ἄφωνον ῥήτορα. Similiter fingitur thema:

50a. μετὰ Πάρον ἁλόντι Μιλτιάδῃ Ξάνθιππος τιμᾶται πεντήκοντα ταλάντων, ὁ δὲ ἑαυτῷ ἀνθυποτιμᾶται θανάτου. Syrian. II 165, 4 R.

Quae Miltiadis sententia est ἐσχηματισμένη, hac enim oratione dat operam, ut absolvatur. Re vera (Herod. VI 136; Nep. Milt. 7) Xanthippus Miltiadem supplicio affici voluerat, sed amicis rogantibus illi multa quinquaginta talentum imposita est. — Paululum mutata proponuntur themata:

50b. Μιλτιάδης μετὰ Πάρον ἐζημιώθη πεντήκοντα ταλάντων· ὁ δὲ θάνατον αἱρεῖται. Max. Plan. V 343, 9 W.

50c. ὁ Μιλτιάδης ἐπὶ τοῖς περὶ Πάρον ἑάλωκε, καὶ ὁ μὲν Ξάνθιππος αὐτῷ τιμᾶται φυγῆς, ὁ δὲ ἀνθυποτιμᾶται θανάτου. Apsin. 331, 17 H.

51. Libanius (V decl. 11 F): ὁ Κίμων αἰτῶν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς δεθῆναι.

Cf. quae adnotata sunt ad n. 52. In Nicolai progymnasmatis (I 390 W) invenitur haec ethopoeia τ. ἀ. ε. λ. Κίμων Μιλτιάδου τοῦ πατρὸς ἐν δεσμοῖς τελευτήσαντος;

52. Miltiades peculatus damnatus, carcere alligatus decessit; Cimon filius eius, ut eum sepeliret, vicarium se pro corpore patris dedit. Callias dives sordide natus redemit eum a re publica et pecuniam solvit; filiam ei suam collocavit, quam ille deprensam in adulterio deprecante patre occidit. Ingrati reus est. Sen. contr. IX 1.

Hoc ad fingendum argumentum Ephorus valuisse videtur, cuius verba ex primo libro excerpta ἐκτῖσαι αὐτὸν (i. e. Cimonem) τὰ πεντήκοντα τάλαντα γήμαντα γυναῖκα πλουσίαν schol. in Aristid. III p. 515 D servavit (similiter Diod. X 31). — Herodotus (VI 131) non nisi Cimonem patre mortuo multam solvisse narrat; Miltiadem in vinclis publicis diem supremum obisse memoriae prodidit Nepos (Milt. 7, 6; Cic. de rep. I 5; Plut. Cim. 4), qui altero loco (Cim. 1, 1) diligentius rem describit: Athenienses Cimonem ipsum custodia tenuisse, ut pecuniam, qua pater multatus erat, solveret (cf. Iustin. II 15, 19; Diod. X 29; Quint. decl. 302; Val. Max. V 3 ext. 3; V 4 ext. 2); quem ex custodia eduxisse multa soluta Calliam, qui Elpinicen, Cimonis sororem, in matrimonium duxisset (sim. Plut. Cim. 4; Athen. XIII 589 E; Dio Chrys. II p. 190, 32 A). Qua re rhetores, qui Ephori sententiam sequebantur, commoti videntur esse, ut patrem illius feminae divitis Calliam fuisse fingerent. — De femina in adulterio deprensa et de patre deprecante apud scriptores nihil legitur.

Aristides:

53. ὥσπερ τις Ἀριστείδου κατηγορῶν, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. Demetr. de eloc. 238.

Herodotus (VIII 79 sq.; 95) omnesque alii rerum scriptores Aristidem tum exulem pugnae navali interfuisse consentiunt.

54. Ἀριστείδης ὁ δίκαιος τοὺς φόρους τάξας κλοπῆς κρίνεται. Prol. in stat. VII 22, 6 W.

Inde ab Hermogenis (p. 33, 8 R) temporibus Aristides fraudulentus in libris rhetoricis est exemplum τοῦ ἀπιθάνου, cf. [Andoc.] IV 11: τὸν φόρον . . . τὸν ὑπ' Ἀριστείδου πάντων δικαιότατα τεταγμένον.

Themistocles in declamatorum gymnasiis praecipue suasoriis audacioribus egregiam materiam praebebat; meminerunt rhetores cum factorum eius clarorum, tum proditionis criminis:

55. συμβουλεύει Θεμιστοκλῆς πολεμεῖν τῷ Πέρσῃ. Sopater V 75, 14 W.

Ad certam condicionem an spectet thema, diiudicari non potest; Themistoclem talia suadentem invenimus Herod. VIII 57—60; 83; 108 alibi.

56. τοῦ θεοῦ χρήσαντος 'τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς' (Herod. VII 141 vs. 6) οἱ μὲν εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀξιοῦσι καταφεύγειν κοτίνοις τότε πυκνοῖς περιπεφραγμένην, Θεμιστοκλῆς δὲ πρὸς τὰς τριήρεις κελεύει μετασκευάζεσθαι. Syrian. II 203, 5 R.

Cf. Herod. VII 141—3; Polyaen. strat. I 30, 1; Plut. Them. 10.

57. βασιλέως ἐπερχομένου πολλῷ στρατῷ γράφει Θεμιστοκλῆς ἐκλιπόντας τὴν πόλιν εἰς τὰς τριήρεις ἐμβαίνειν. Syrian. II 163, 9 R.

Cf. n. 56.

58. ὁ Θεμιστοκλῆς πείσας ἐκλείπειν τὴν πόλιν γράφει αὐτοὺς καὶ ἐμπρῆσαι τὸ ἄστυ. Apsin. 218, 16 cf. 225, 15 H.

Themistoclis consilium fide historica caret, nam legimus apud Plutarchum (Them. 10) illum suasisse, ut urbem commendarent τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀθηναίων μεδεούσῃ. Xerxen urbem incendisse notum est (Nep. Them. 4, 1; Diod. XI 14).

59. μετὰ τὰ ἐν Σαλαμῖνι γράφει Θεμιστοκλῆς θύειν τοῖς ἀνέμοις. Syrian. II 42, 18 R.

Rhetores an spectaverint ad Herodotum, qui Graecos Boreae templum aedificasse testatur (VII 189)?

60. συμβουλεύει ὁ Θεμιστοκλῆς ἐν τῇ θαλάττῃ μυεῖν. Hermog. 146, 19 R.

Fortasse declamationis occasio inventa est ethologiae causa: Themistocles quippe qui rura patriae hostibus proiecerit, si opus erit, etiam mari sacra faciet; cf. n. 79; 220. — Haud scio an in libris rerum gestarum scriptoris alicuius nobis deperditi incendium fani Eleusinii diligentius narratum sit, quo processionem anni 480 prohibitam esse putes, quam rem leviter tangit Herodotus (IX 65): ἐμπρήσαντας τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον . . .

61. Libanius (V decl. 9/10 F): μετὰ τὰ ἐν Σαλαμῖνι ἀναλαμβάνειν ἀξιοῖ Νεοκλῆς τὸν Θεμιστοκλέα.

Locos quibus Themistoclis abdicatio narratur, nonnullos contulit Foerster (in edit. p. 450); quominus res quae fingitur acciderit, obstat Plutarchi testimonium a Foerstero neglectum (am. prol. 496 F), qui disserit raro patres res gestas filiorum praeclaras vidisse: οὐκ ἐπεῖδε τὴν Σαλαμῖνα Νεοκλῆς τὴν Θεμιστοκλέους.

62. ὁ Θεμιστοκλῆς ὁ ἀπάτης ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἐπὶ τῷ τειχισμῷ κρινόμενος. Cyrus VIII 389, 17 W.

De muris aedificatis cf. Thuc. I 90—92; Demosth. XX 73; Plut. Them. 19; Diod. XI 39/40; Iustin. II 15; Nep. Them. 6/7; Polyaen. I 30, 5; Frontin. I 1, 10; omnibus his fere locis Themistoclem incolumem domum revertisse narratur.

63. ἀρίστοις στρατηγοῖς γέρας πρόκειται, ἀμφισβητοῦσιν Εὐρυβιάδης καὶ Θεμιστοκλῆς. Sopater V 92, 28 W.

Argumentum petitum est ex Herodoto (VIII 124; Diod. XI 27; Plut. Them. 17): ἀριστήια μέν νυν ἔδοσαν (Λακεδαιμόνιοι) Εὐρυβιάδῃ ἐλαίης στέφανον, σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος Θεμιστοκλέϊ καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης, κτλ.

64a. βουλευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀποδόσθαι τὰς ναῦς εἰς ἀνοικισμὸν τῆς πόλεως ἀντεῖπεν ὁ Θεμιστοκλῆς καὶ ἡττήθη· εἶτα πάλιν γράφει ἀφίστασθαι τῆς θαλάττης. Apsin. 220, 16 H.

64b. ὁ Θεμιστοκλῆς δόξαν τοῖς Ἀθηναίοις εἰς τὸν ἀνοικισμὸν πιπράσκειν τὰς ναῦς, ἐπείπερ ἥττητο ἀντιλέγων, ἑαυτὸν προσαγγέλλει (τουτέστιν ἀξιοῖ διὰ ψηφίσματος ἀποθανεῖν Ioh. Sic. VI 442, 16 W[1]). Hermog. 366, 17 R.

Declamationes non nisi ethologiae causa finguntur.

65. μετὰ τὰ Μηδικὰ ἔδοξεν ὑπὸ τοῦ ἀρίστου τῶν Ἑλλήνων βασιλεύεσθαι τὴν Ἑλλάδα καὶ ἀμφισβητοῦσι Θεμιστοκλῆς καὶ Παυσανίας. Syrian. II 121, 24 R.

Ut comparatio rhetorica locum haberet, hoc thema tractatum est; sane rebus gestis illorum eaque re, quod cum rege Persarum de Graecia prodenda communicasse dicebantur (cf. n. 67—70), ad τὴν σύγκρισιν lacessebantur rhetores.

66. Himerius (ecl. 5): μετὰ τὰ Μηδικὰ ἐψηφίσαντο πρὸς τοὺς βαρβάρους Ἀθηναῖοι πόλεμον· πυθόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπέσχετο τὰ λελυμασμένα ἐπανορθώσασθαι, εἰ τὸν πόλεμον καταλύσειαν· βουλομένων αὐτῶν Θεμιστοκλῆς ἀντιλέγει.

Declamatores meminerant legationis Alexandri, qui nomine Mardonii, cui hoc imperaverat Xerxes, Graecis pacem obtulit (Herod. VIII 140, IX 4; Diod. XI 128; Iustin. II 14; Plut. Arist. 10, 2); sed fingebatur res quasi regis copiae iam ex Graecia decessissent et Xerxes ipse legationem misisset. Themistoclis nomen apud rerum scriptores hac in re non commemoratur.

67. Παυσανίας Μηδικὴν στολὴν ἀμφιεννύμενος κρίνεται μηδισμοῦ. Syrian. II 96, 10 R.

Pausaniae re vera ornatus Persicus crimini datus est, v. Thuc. I 130; Diod. XI 44, 5; Nep. Paus. 3, 2.

68. ὁ Θεμιστοκλῆς κρινόμενος, ἐπειδὴ Παυσανίας ἔφη κρινόμενος κοινωνὸν αὐτὸν εἶναι τῆς προδοσίας. Sopater IV 122, 7 W.

Thematis materiam dedit Thucydides I 135 (cf. Diod. XI 54, 2 sq.; Plut. Them. 23 sq.): τοῦ δὲ μηδισμοῦ τοῦ Παυσανίου Λακεδαιμόνιοι . . . ξυνεπῃτιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, ὡς ηὕρισκον ἐκ τῶν περὶ Παυσανίαν ἐλέγχων ἠξίουν τε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν. οἱ δὲ (Ἀθηναῖοι) πεισθέντες . . .

[1] Ubi pro συμβουλεύων Θεμιστοκλῆς ὡς συμφέρει scribendum esse puto ὡς <οὐ> συμφέρει.

69. ὁ Θεμιστοκλῆς κατηγορίας ἡκούσης ἐκ Λακεδαίμονος, ὡς κοινωνὸς ἂν εἴη τοῦ Παυσανίου, ἀξιοῖ κρίνεσθαι. Sopater V 44, 12 W.

Themistocles hanc quaestionem cupere non potuit, ostracismo enim tum patria pulsus Argis versabatur (Thuc. I 135; Diod. XI 54, 2 sq.; Nep. Them. 8, 2). Propius ergo accedit ad veritatem haec controversia:

70. ἔφυγε Θεμιστοκλῆς καλούμενος ὑπ' Ἀθηναίων εἰς κρίσιν καὶ κατηγορεῖται ἐπὶ τούτοις. Marcell. IV 375, 22 W.

71. νόμος, μὴ εἶναι προδότου γνώρισμα· τοὺς Θεμιστοκλέους γράφει τις παῖδας ἐξελαύνειν, οἱ δὲ ἀξιοῦσι καθαιρεθῆναι τὰ τείχη ἃ Θεμιστοκλῆς ᾠκοδόμησεν. Max. Plan. V 229, 10 W.

Sopater qui idem thema IV 122, 27 W commemorat, pergit: βούλονται . . . διὰ τῆς τῶν τειχῶν ἀναμνήσεως εὔνουν ἀποδεῖξαι Θεμιστοκλέα τῇ πόλει καὶ εὐεργέτην, ἀλλ' οὐ προδότην. — In Plutarchi Them. 32, ubi de liberis eorumque fatis narratur, nihil affertur eius modi.

6. Archidamus, Pericles.

Archidamus duabus de causis materiam praebebat declamationum: I. rhetores respicientes ad Thuc. II 18 illi ingenium fluctuans et cunctans crimini dabant; II. finguntur themata attinentia ad amicitiam, qua cum Pericle iunctus erat (Thuc. II 13):

72. σκηπτοὶ συνεχεῖς εἰς τὴν Πλαταιέων πολιορκίαν κατῆεσαν· ⟨ἀν⟩έζευξεν[1] ὁ Ἀρχίδαμος καὶ κρίνεται. Sopater V 81, 19 W.

Hanc ad controversiam declamatores impulisse videtur Thucydides (II 77 fin.), praesertim cum ipsis scriptoris verbis ut thema fingerent, lacesserentur, qui multo demum postquam urbem obsideri coeptam esse narravit, captam esse tradit (III 20 sq.; 52). Eandem rem respicit hoc in argumento Sopater IV 247, 21 W: (ἡ δὲ συγγνώμη ἐπὶ πρᾶγμα) ὡς ἐπὶ τοῦ

[1] ἔζευξεν in cod.; corr. Wuensch.

Ἀρχιδάμου τοῦ διὰ τὸν χειμῶνα καὶ τοὺς σκηπτοὺς ἀναζεύξαντος ἐκ Πλαταιῶν et V 22 W.

73. Ἀρχίδαμος λοιμοῦ καταλαβόντος Ἀθήνας ἀνέζευξε καὶ κρίνεται παρὰ Σπαρτιάταις δημοσίων ἀδικημάτων. Syrian. II 143, 18 R, cf. Sopatrum V 98, 24 W.

Archidami recessus notus est ex Thucydide (II 57); accusatio fingitur.

74a. Περικλῆς ἔγραψεν ἐν τοῖς λογισμοῖς, ὅτι εἰς δέον ἀνήλωσε πεντήκοντα τάλαντα, καὶ Ἀρχίδαμος ἐν Λακεδαίμονι δώρων φεύγει, διότι τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ οὐκ ἐδήωσεν. Ios. Rac. III 486, 23 W; paulum aliter

74b. ὁ Ἀρχίδαμος κρίνεται ἀφ' ὧν Περικλῆς ἔφη εἰς δέον ἀνηλωκέναι πεντήκοντα τάλαντα. Sopater V 53, 18 W; vel breviter

74c. Ἀρχίδαμος κρινόμενος διὰ Περικλέους προδοσίας. Anonym. VII 310, 29 W.

Thucydidis historia (II 13: Pericles possessiones suas publicas esse voluit, ne sibi suspicio fieret, si parceret his Archidamus) coniungitur cum iis quae narrat Plut. Per. 23 (qui solum δέκα ταλάντων ἀνάλωμα commemorat); cf. Aristoph. nub. 859: ὥσπερ Περικλέης εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα et schol.

Periclis in persona saepe τυραννίδος ἐπίθεσις coniciebatur; praeterea Archidami amicitia et decretum, quo Megarenses Athenis arcebat, ansam praebebant:

75. Alexander Peloplato (Philostr. v. s. p. 81, 13 K): ὁ Περικλῆς ὁ κελεύων ἔχεσθαι τοῦ πολέμου καὶ μετὰ τὸν χρησμόν, ἐν ᾧ καὶ καλούμενος καὶ ἄκλητος ὁ Πύθιος ἔφη τοῖς Λακεδαιμονίοις ξυμμαχήσειν.

Oraculum adnotat Thucydides (I 118), sed de Pericle nihil hac in re dicitur; respexerintne rhetores ad Demosthenis orationem quandam nobis deperditam, qua nisus Plutarchus (Demosth. 20) haec affert: Δημοσθένης λέγεται . . . οὔτε χρησμοῖς ἐᾶν προσέχειν οὔτε μαντείας ἀκούειν . . . ἀναμιμνήσκων . . . Περικλέους τοὺς Ἀθηναίους, ὡς ἐκεῖνοι τὰ τοιαῦτα δειλίας ἡγούμενοι προφάσεις ἐχρῶντο τοῖς λογισμοῖς?

76. ὁ Περικλῆς συμβουλεύων Πελοποννησίοις ἐπιέναι. Marcell. IV 93, 4 W.

Thucydidem (I 140—4, ubi Periclis bellum suadentis oratio legitur) in rhetoris animo versatum esse verisimile est, si modo de certo quodam loco cogitandum est.

77. Περικλῆς περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητεῖ. Sopater V 75, 15 W.

Similiter atque in n. 76 hoc in themate Periclem bellum suadentem fictum esse puto.

78. ὁ Περικλῆς πείσας εἴσω τειχῶν μένειν, μετὰ ταῦτα πείθει αὐτοὺς δῃῶσαι καὶ τὴν Ἀττικήν. Apsin. 218, 14 H.

Consilium fortasse a strategemate quodam decerptum aeque ac Themistoclis (n. 58) a veritate abhorret; aegre enim ferebant Athenienses quod Lacedaemonii agros vastabant (Plut. Per. 33).

79. ὁ Περικλῆς ἔγραψε τὴν Ἀττικὴν δῃοῦν καὶ γράφει Νικίας ἀπὸ τῆς Ἐλευσῖνος ἄρξασθαι. Apsin. 236, 23 H.

Nicias id agit, ut ad vanum redigat Periclis consilium; omnes enim deterrebunt recordantes hoc modo etiam sanctissima illa loca vastatum iri.

80. ὁ Περικλῆς ὁ κρινόμενος προδοσίας, ὅτι μὴ ἐδῄωσεν αὐτοῦ τοὺς καρποὺς Ἀρχίδαμος. Hermog. 141, 19 R.

Declamationis occasio sumpta est ex Thucydide (II 13; Plut. Per. 33), ut elucet ex adnot. ad n. 74 data; accusatio fide historica caret.

81. ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ εἰσβαλλόντων Λακεδαιμονίων ἐδῄωσεν ὁ Περικλῆς τοὺς ἀγρούς· ἀνέζευξαν Λακεδαιμόνιοι καὶ κρίνεται Περικλῆς. Sopater VIII 188, 9 W.

Cum Periclis consilium (v. n. 78), tum vastatio et accusatio a veritate abhorrent.

82. Περικλῆς αἰτίαν ἔχων ὡς τοῦ πολέμου αἴτιος γέγονε καὶ διὰ τοῦτο μέλλων ἀπολογεῖσθαι. Sopater IV 318, 15 W.

Thematis materiam praebuisse videtur Thucydides (II 59 sq.), qui Periclis se defendentis composuit orationem.

83. Περικλῆς *παρὰ Μεγαρεῦσι* κρίνεται διὰ τὸ ψήφισμα ἐκεῖσε κατενεχθείς. Porphyr. IV 398, 13 W.

Condicio Periclis tempestate Megaram depulsi ficta est; res aeque commenticia declamabatur hoc in proposito:

84. οἱ Μεγαρεῖς χειμῶνι χρησάμενοι κατήχθησαν εἰς τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς καὶ ὑπάγονται ψηφίσματι. Sopater VIII 360, 24 W.

85. ἐκήρυξεν ὁ νόμος, τὸν θεραπεύσαντα νοσοῦντα Περικλέα λαμβάνειν δωρεάν, ἣν ἂν βούληται· Μεγαρεὺς θεραπεύσας ἀξιοῖ λυθῆναι τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα. Sopater IV 252, 25 W.

Mera est fictio, cf. n. 203/4.

86. ἐπὶ τῶν τριάκοντα τυράννων ἐξετίθεσαν Ἀθηναῖοι τὰ γένη, Μεγαρεῖς ἀναιρούμενοι ἔτρεφον, παυσαμένης τῆς τυραννίδος ἤκουσιν ἀποδιδόντες τὰ γένη, καὶ γράφει τις τὸ κατὰ Μεγαρέων ἀνῃρῆσθαι πινάκιον. Hermog. 98, 7 R.

Rerum scriptoris cuiusdam narratio illa triginta tyrannorum aetate Athenienses liberos exposuisse ansam sane praebuit; doleo quod data opera nihil inveni. — Servabatur haec Megarensium memoria in ludis rhetoricis maxime, ut puto, Aristophanis Acharnensibus scholiisque hanc ad fabulam conscriptis.

87. ἔδοξε βασιλεύεσθαι τὴν Ἑλλάδα· Ἀρχίδαμος καὶ Περικλῆς ἀμφισβητοῦσιν. Cyrus VIII 396, 3 W.

τῆς συγκρίσεως causa res fingitur, cf. n. 65.

88.* κρίνεται *τυραννίδος* ἐπιθέσεως Περικλῆς καὶ παραγράφεται. Anonym. VII 263, 18 W.

Quomodo thema ortum sit, perspicuum est ex Thucydidis verbis (II 65): Periclis aetate Athenis verbo fuisse populi potentiam, re vera unius viri imperium; similia leguntur apud Plut. Per. 16.

89.* Περικλῆς στρατιώτας ἐκ τῶν προσόντων ἔτρεφεν ἑκατόν, ὅπως ἐν τῷ δέοντι προθύμως ἐπαμύνοι τῇ πατρίδι· τῶν συκοφαντῶν τις τυραννίδος ἐπάγει κατ' αὐτοῦ γραφήν. Syrian. II 68, 10 R.

Fortasse fingebant haec rhetores respicientes ad Pisistratum vel ad Cliniam, Alcibiadis patrem, qui Herodoto teste (VIII 17; Plut. Alc. 1) ducentos homines ad pugnam apud Artemisium

factam adduxit; Periclis autem persona themati inserebatur, ut illustris viri eloquentissimi verba facere liceret. — Sed ut iam supra (n. 25) dixi, cupidi erant rhetores harum declamationum coniecturalium nec opus est illa Cliniae recordatione, ut legimus apud C. Jul. Vict. RLM 396, 30 H: ‚. . . a materia in coniectura, ut si tyrannidis accusetur, qui paratum habeat multitudinem, qui arma et vim; vel defendatur, qui nihil horum habeat.‘ — An ortum sit argumentum, cum percurreret oculo veloci rhetor quidam verba Plut. Per. 34: καὶ νεῶν ἑκατὸν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον στόλον ἐκπέμπων legens νέων pro νεῶν?

90.* Aristides in Pericle (Syrian. II 173, 4 R): (Περικλέα) ἀξιοῖ τις ἀποστῆναι τῆς προσηγορίας τοῦ Ὀλυμπίου κατέχοντος τοῦ λοιμοῦ.

De Periclis cognomine cf. Aristoph. Ach. 530 et schol.; Plut. Per. 8; Diod. XII 40, 5; Anecd. Oxon. IV 41 Cr; alibi. Praesertim cum hoc Ὀλυμπίου nomen comici quoque ludibrio haberent (Plut. Per. 8), multae hac re utuntur deliberativae, omnes aequaliter fictae:

91. ἠνέχθη σκηπτὸς ἐπὶ τὴν Περικλέους εἰκόνα, καὶ συμβουλεύει τις μηκέτι αὐτὸν Ὀλύμπιον καλεῖν. Hermog. 96, 24 R.

ὁ Περικλῆς . . . ἐπεκλήθη παρὰ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων Ὀλύμπιος· τὸ δὲ τοῦ σκηπτοῦ οὐ γέγονεν, ἀλλὰ πέπλασται interpretatur Maximus Planudes V 374, 11 W. — Verisimile est ipsum Ὀλυμπίου nomen impulisse ad fulminis fictionem: ille re vera Ὀλύμπιος iratus fulgura misit.

92. ἠνέχθη σκηπτὸς ἐπὶ τὴν Περικλέους οἰκίαν, εὑρέθησαν χίλιαι (τρισχίλιαι IV 408 W) πανοπλίαι καὶ κρίνεται τυραννίδος ἐπιθέσεως. Syrian. II 68, 1 R.

Coniungitur hoc in argumento thema 91 cum declamatione illa 89; quid loricarum fictionem moverit, haud scio.

93. τοῦ Περικλέους Ὀλυμπίου κληθέντος εἰσηγεῖται Ἀριστοφάνης Ἥραν τὴν Ἀσπασίαν καλεῖν. Marcell. IV 186, 16 W.

ζήτημα ἐσχηματισμένον. — Aspasiam Iunonis cognomine vexatam esse multi loci probant, e. g. Plut. Per. 24; Eupolis Φίλοι frg. 274 K.

94. Περικλέους εἰκόνα οἱ πολέμιοι ἔστησαν καὶ κρίνεται Περικλῆς προδοσίας. Sopater V 55, 2 W.

Persona illustris inseritur thesi: εὐδοκιμοῦντος ἐν πόλει ῥήτορος πολέμιοι εἰκόνα ἀνέστησαν καὶ κρίνεται προδοσίας (p. 54, 28 W); cf. n. 247.

95. τὸν Περικλέα αἰτοῦσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐπὶ ὑποσχέσει εἰρήνης, αὐτὸς ἀντιλέγει. Apsin. 233, 9 H.

Occasio declamationis sumpta videtur esse ex Lacedaemoniorum postulatione, ut Athenienses expellerent τὸ ἄγος Κυλώνειον (Thuc. I 126), quae res paulo aliter vertitur in themate (cf. n. 298):

96. ᾔτησαν οἱ Ἀθηναῖοι παρὰ Λακεδαιμονίων εἰρήνην, οἱ δὲ ἀντῄτησαν Περικλέα, βουλευομένων τῶν Ἀθηναίων αὐτὸς ὁ Περικλῆς ὑβριοπαθῶν ἐπὶ τῇ βουλῇ ἀξιοῖ ἀπέρχεσθαι. Hermog. 205, 2 R.

97. Περικλῆς ταῖς θεραπαίναις τὰ τῶν Μουσῶν ὀνόματα ἐπιθεὶς κρίνεται ἀσεβείας. Anonym. VII 165, 7 W.

ἐνδόξῳ προσώπῳ opus est rhetori in thesi infami: πορνοβοσκὸς τὰ τῶν Μουσῶν ὀνόματα ταῖς πόρναις ἐπιθεὶς κρίνεται ἀσεβείας (p. 165, 1 W).

98. Περικλῆς τῇ Ἀσπασίᾳ συνόντα Σωκράτη κρίνει μοιχείας. Marcell. IV 159, 2 W.

Quae res affertur ut παράδειγμα τοῦ ἀπιθάνου. — Fabulae infames ad Aspasiam et Socratem spectantes secutae sunt Aeschinis Socratici Aspasiam (cf. HDittmar, Aischines von Sphettos, Philol. Unters. XXI 1912, 59) et Platonis Menexenum dialogum. — Ἀσπασία ἡ τοῦ Σωκράτους διδάσκαλος VII 1296 W alibi, quae necessitudo nititur Socratis dictis, e. g. Xen. mem. II 6, 36: ὥς ποτε ἐγὼ Ἀσπασίας ἤκουσα . . .

7. Cleo, Alcibiades.

Cleonis persona in ludis tritissima erat ob victoriam apud Pylum partam, neque alio themate melius ostenditur, quanta licentia declamatores in argumentis fingendis usi sint; praeterea non desunt exempla crudelitatis et arrogantiae eius:

99.* Κλέων ὁ συμβουλεύσας ἡβηδὸν διαφθεῖραι **Μυτιληναίους**. Sopater IV 675, 2 W.

Argumentum decerptum est ex Thucydide (III 36 sq.), sed haud scio an non re vera hic declamationis scholasticae thema afferatur.

100. Κλέων καὶ Διόδοτος τὸ δεύτερον ἀποστάντων Μυτιληναίων ἐναντία λέγουσιν. Apsin. 334, 8 H.

Diodotus anno 429 acerrime repugnaverat Cleoni Mytilenaeos interficiendos esse suadenti. Huius autem declamationis argumentum mere fictum est: Mytilene rursus deficiente (412) Cleo iam mortuus erat (422 †). Eadem res respicitur hoc in proposito:

101. ὁ Κλέων ἡττήθη ὑπὸ Διοδότου, καὶ τὸ δεύτερον ἀποστάσης τῆς Μυτιλήνης γράφει ἀθῷον αὐτὴν ἐᾶν. Apsin. 220, 19 H.

102. Κλέωνος τοὺς ἐκ Πύλου τριακοσίους εἰσάγοντος **Νικίας** ἐδάκρυσε καὶ κρίνεται ὑπὸ Κλέωνος ὕβρεως. Anonym. IV 626, 17 W.

Lacessebantur rhetores ea consideratione, quid facturus fuerit Nicias, qui Cleoni imperio cesserat, cum ille rem bene gessisset (Thuc. IV 39); cf. n. 113 et 294.

103a. νύκτωρ μὴ ἀνοίγεσθαι τὰς πύλας· οὐκ ἀνέῳξε Κλέωνι ὁ Νικίας εἴσω τῆς προθεσμίας ἄγοντι τοὺς τριακοσίους, καὶ δικάζεται αὐτῷ ὕβρεως. Apsin. 242, 9 H.

Nicias portis obseratis Cleonem victum iri sperat, qui se intra viginti dies Lacedaemonios occisurum vel Athenas abducturum esse gloriatus erat (Thuc. IV 28). — Quo Niciae facto Cleonem iacturam (auctoritatis, ut puto) fecisse dicit Sopater hoc in themate:

103b. νόμος μὴ ἀνοίγειν νύκτωρ τὰς πύλας τῆς πόλεως· Κλέωνος ἐπανάγοντος ἐκ Σφακτηρίας Νικίας οὐκ ἤνοιξε καὶ κρίνει αὐτὸν βλάβης. IV 246, 9 W.

Amplificatur haec res atque exornatur vario modo:

104. νόμος νύκτωρ μὴ ἀνοίγειν τὰς πύλας· Κλέωνος ἄγοντος τοὺς τριακοσίους Νικίας οὐκ ἤνοιξε· ἀπέδρασαν αὐτὸν καὶ κρίνεται [αὐτὸν] βλάβης.[1] Sopater V 98, 31 W.

---

[1] αὐτὸν del. Drerup.

105. νόμος Ἀθήνησιν νύκτωρ μὴ ἀνοίγεσθαι τὰς πύλας, Κλέωνος ἀγαγόντος τοὺς ἀπὸ Σφακτηρίας νύκτωρ, Νικίας ἐφεστὼς τῷ τείχει οὐκ ἠνέῳξεν, ἐπελθόντες οἱ πολέμιοι ἀπέκτειναν αὐτοὺς καὶ κρίνεται Νικίας δημοσίων ἀδικημάτων. Syrian. II 146, 2 R.

Hostes insequentes translati sunt ex these: νόμος ἦν ὁ κωλύων στρατηγὸν μὴ ἀνοίγειν νύκτωρ τὰς πύλας· αἰχμάλωτοι ῥήξαντες τὰ δεσμὰ νυκτὸς ἦλθον εἰς τὴν πόλιν, ἀξιοῦντες εἰσελθεῖν· ὁ δὲ στρατηγὸς εἴασεν αὐτοὺς ἔξω μὴ ἀνοίξας· προσπεσόντες οἱ πολέμιοι κατέκοψαν αὐτούς, καὶ κρίνεται ὁ στρατηγὸς δημοσίων ἀδικημάτων. Anonym. VIII 411, 4 W.

106. ἀξιοῖ μετὰ τὰ *κατὰ Πύλον* Κλέων Πύθιος καλεῖσθαι. Hermog. 76, 10 R. Idem argumentum respicitur apud Ios. Rac. III 482, 2 W, ubi fingitur suadens quidam, ut Cleonis desiderio obsequantur.

Quod thema historica fide carens ex analogia commenti sunt rhetores (cf. n. 90—93), ut cavillentur Cleonem; recte enim scholiasta Hermogenis quidam dicit tale cognomen nequaquam plebiscito deferri posse. — Hic liceat commemorare illud Diogenis: ψηφισαμένων Ἀθηναίων Ἀλέξανδρον Διόνυσον ‚κἀμὲ' ἔφη, ‚Σάραπιν ποιήσατε' (Diog. Laert. VI 63), quia hic valuit fortasse talium thematum auctoritas.

107. Δημοσθένους πολιορκοῦντος τοὺς ἐν Πύλῳ τριακοσίους, Κλέων ἐπηγγείλατο ἄξειν αὐτούς· ἤγαγε· καὶ προκειμένης αὐτοῖς δωρεᾶς ἀμφισβητοῦσι Κλέων καὶ Δημοσθένης. Sopater VIII 100, 19 W.

Argumentum comparationis causa fictum esse putes, sed potius hic Aristophanis auctoritatem statuam, qui nos docet (equ. 55 sq.; 392; 742 sq.; 1201; nub. 186 schol.) non defuisse qui Cleonis meritum detrectarent et eum alienis coloribus se adornare dicerent.

108. Κλέων ὑπέσχετο ἐντὸς τριάκοντα ἡμερῶν τοὺς τὴν Πύλον οἰκοῦντας ἄξειν[1]· ἐν πλείοσιν ἤγαγε καὶ κρίνεται ἐξαπάτης. Sopater IV 471, 28 W.

Narratur apud rerum scriptores (Thuc. IV 28; Plut. Nic. 7/8) Cleonem pollicitum esse intra viginti dies se insulam

[1] ἕξειν in codic.; corr. Wuensch.

capturum esse, atque eum haud frustra rem egisse docent Thucydidis verba (IV 39): καὶ τοῦ Κλέωνος καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη· ἐντὸς γὰρ εἴκοσιν ἡμερῶν ἤγαγε τοὺς ἄνδρας, ὥσπερ ὑπέστη.

109.* ***Ἀριστοφάνης*** κρινόμενος αἰτίας θανάτου μετὰ τοὺς ἱππέας τὸ δρᾶμα ὑπεξαγαγόντος ἑαυτὸν Κλέωνος. Syrianus et Sopater IV 234, 1 W.

Cleonem ad Amphipolim occisum esse scimus, cf. Thuc. V 10; Diod. XII 74. — Ansam praebuit fortasse, quod Cleo poetam iniuriarum postulaverat (Arist. vesp. 1284).

110. μετὰ τὴν Νικίου ἐπιστολὴν γράφει τις Κλέωνα στρατηγεῖν. Hermog. 34, 2 R.

ζήτημα κακόπλαστον: Cleo iam mortuus, cum Nicias litteras misit illas (Thuc. VII 10); aliud vero propositum statuendum est ex iis quae addit Hermogenis verbis μετὰ — στρατηγεῖν Syrianus (IV 174, 3 W: εἰ γοῦν ἀντὶ τοῦ Κλέωνος γράψειέ τις Θηραμένην πέμπειν στρατηγόν, τελέως ἔρρωται τὸ ζήτημα):

111.* μετὰ τὴν Νικίου ἐπιστολὴν γράφει τις Θηραμένην πέμπειν στρατηγόν.

Theramenis nomen haud inepte, sed ex libidine affertur, cum in deliberationibus Atheniensium non commemoretur (Thuc. VII 16).

Alcibiades egregiorum thematum materiam praebebat propter variam fortunam moresque leves: semper est superbissimus et ad summa tendit, neque ulla in declamationum persona nisi Demosthene tot themata mere ficta leguntur. Iam Alcibiade florente et paulo post mortem eius multa scripta exstitisse, quae non mediocriter versabantur in viro et moribus eius, inter omnes notum est; cf. IBruns, Das literar. Porträt der Griechen, Berlin 1896, 493 sq.; 510 sq.; HDittmar, Aischines v. Sphettos, Philol. Unters. XXI 1912, 62 sq.:

112. ἐγέλασεν ὁ Ἀλκιβιάδης ὑπισχνουμένου τοῦ ***Κλέωνος*** τὰ περὶ Πύλον, καὶ ἐπανελθὼν ὕβρεως αὐτῷ δικάζεται. Apsin. 242, 3 H, cf. RG IV 233, 27 W.

Thuc. IV 28 (Plut. Nic. 7): τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἐνέπεσε μέν τι καὶ γέλωτος τῇ κουφολογίᾳ αὐτοῦ (Cleonis), Alcibiadis autem nomen hoc in contextu non commemoratur; quomodo factum sit, ut hic vir cum Cleonis promisso coniungeretur, ex insequentibus thematis (113/4) apparebit.

113. Κλέωνος ἐκ Πύλου τοὺς τριακοσίους ἄγοντος Ἀλκιβιάδης ἐδάκρυσε καὶ κρίνει αὐτὸν Κλέων ὕβρεως. Sopater IV 617, 24 W, cf. Anonym. IV 626, 17 W.

Argumenti occasio sumpta est ex Thucydide (V 43 cf. VI 89; Plut. Alc. 14): προξενίαν . . . αὐτὸς (Alcibiades) τοὺς ἐκ τῆς νήσου αὐτῶν (Lacedaemoniorum) αἰχμαλώτους θεραπεύων διενοεῖτο ἀνανεώσασθαι; cf. n. 102 et 294.

114a. ὁ Ἀλκιβιάδης ἐκώμασεν ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον ἰόντων τῶν τριακοσίων καὶ ἔφη ‚γενναῖοι καὶ ὑπὸ Κλέωνος', καὶ δικάζεται αὐτῷ ὁ Κλέων ὕβρεως. Apsin. 242, 6 H.

114b. Ἀλκιβιάδης κωμάζων πρὸς τοὺς ἐκ Πύλου τριακοσίους ἐβόησεν ‚εὖγε ὦ γενναιότατοι', καὶ κρίνεται ὑπὸ Κλέωνος ὕβρεως. Syrian. IV 601, 15 W.

Verisimile est haec themata mere ficta esse, cum rhetores occasionem in Alcibiadis arrogantiam declamandi petierint; attamen etiam alia facultas thematis explicandi datur ea re, quod legimus apud anonymum quendam (RG VII 305, 7 W): νέος πλούσιος κωμάσας εἰς τὸ δεσμωτήριον νύκτωρ ἐβόησε ‚θαρρεῖτε, ὦ δεσμῶται, λυθήσεσθε γάρ' καὶ κρίνεται τυραννίδος ἐπιθέσεως. Dubium esse potest, utrum hic thesis fingatur ex Alcibiadis exemplo an hypothesis ex thesi, quod commendari puto ea thematis forma, quam affert Syrian. II 83, 27 R: ὡς ἐπὶ Ἀλκιβιάδου τοῦ παρελθόντος νύκτωρ (!) τὸ δεσμωτήριον καὶ βοήσαντος ‚θαρρεῖτε ὦ δεσμῶται' (καὶ κρίνεται); cf. p. 87, 14 sq. R.

115. Liban. V decl. 1 F: ***Τίμων*** ἐρῶν Ἀλκιβιάδου ἑαυτὸν προσαγγέλλει.

Ex protheoremate, quod praemisit rhetor declamationi (p. 534 F), perspicuum est Libanium incitatum esse hanc ad orationem tractandam difficultate problematis, quod coniungi opus erat una persona τὸν μισάνθρωπον καὶ ἐρῶντα. De locis qui themati ansam praebuerunt, vide quae contulit RFoerster

in ed. p. 528 adnot. 1; praeterea hac de re inspicienda sunt dissertatio FBertram, Die Timonlegende, Heidelb. 1906 et ea quae hanc commentationem recensens scripsit CMuenscher in Ann. Burs. 149, 76.

116a. ἅρματι νικήσας Ἀλκιβιάδης **Ὀλύμπια,** ἐρομένων Ἠλείων ὅθεν εἴη, ‚τῆς ἀρίστης' ἔφη ‚πόλεως', ἐμαστίγωσαν αὐτόν, ἐπανελθὼν γράφει στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς Ἠλείους. Hermog. 115, 8 R.

116b. Apud Graecos controversia est: Deliberant Athenienses an Eleis inferant bellum, cum illi Alcibiaden flagellis verberaverint. Sulp. Vict. RLM 342,24 H.

Illud Alcibiadis fortasse fingitur ad Isocratis verba (XVI 34): ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμόν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν πόλεων ἠγωνίσαντο. Eleorum crimen compositum est — Alcibiadem flagellare! nisi forte cogites de Taurea, quem ipse Alcibiades verberaverat ([Andoc.] IV 20; Demosth. XXI 147; Plut. Alc. 16); hic talia passus totam civitatem ad bellum agitat!

117. Libanius (frg. ed. RFoerster in Mélanges Graux p. 634 sq.): Ἀλκιβιάδης δᾳσὶ μυστικαῖς ἐκώμασε καὶ κρίνεται **ἀσεβείας.** Cf. Sopatr. V 169, 25 W.[1]

Thuc. VI 28; Plut. Alc. 19; 22 narrant hoc Alcibiadis facinus nefarium.

118. Ἀλκιβιάδης λαχὼν δᾳδουχεῖν ἐν τοῖς τῶν Ἐλευσινίων μυστηρίοις δοκιμάζεται, εἰ ἔστιν ἄξιος, τουτέστιν ἐξετάζεται. Ioh. Sic. VI 468, 27 W.

Quibus in thematis conferri solent, quae laudanda sunt vel vituperanda in declamationis persona; cf. n. 351. Hoc examen commentos esse rhetores ad Libanii declamationem (n. 117) puto.

119. Ἀλκιβιάδης ὁ κρινόμενος ἀσεβείας διὰ τὴν τῶν ἑρμῶν περικοπήν. Sopater IV 435, 19 W.

Res satis nota, cf. Thuc. VI 28; Plut. Alc. 18.

120. περιεκόπησαν οἱ ἑρμαὶ καὶ ἀντεγκαλοῦσιν ἀλλήλοις Ἀλκιβιάδης καὶ Νικίας. Marcell. IV 450, 19 W.

De Alcibiadis et Niciae simultate (commonefacio orationum Ps-Andoc. IV et Lysiae [cf. Norden, Ant. Kunstpr. I 120, 1; AWeinstock, De erotico Lysiaco, Diss. Monast. 1912, 83; aliter

[1] τοῦ κομίσαντος ταῖς δέσεσιν in cod., ubi legendum est τοῦ κωμάσαντος ταῖς δᾳσίν.

Blass, Att. Bereds. I² 447] ὑπὲρ Νικίου) v. Thuc. VI 15: (Alcibiades) βουλόμενος τῷ τε Νικίᾳ ἐναντιοῦσθαι, ὢν καὶ ἐς τὰ ἄλλα διάφορος τὰ πολιτικὰ καὶ ὅτι αὐτοῦ διαβόλως ἐμνήσθη. Alcibiadem Niciam accusantem non invenimus, sed haud difficile erat commentu illum dicentem dedisse operam Niciam, ut ad vanum redigeret consilia eius.

121. χειμῶνι ἐχρήσατο ἐπὶ **Σικελίαν** στόλος πεμφθεὶς καὶ ἐπανῆκεν εἰς τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὰς ἐναντίας γνώμας Νικίας καὶ Ἀλκιβιάδης . . . λέγουσιν. Apsin. 334, 5 H.

Rem ementiti sunt rhetores: valde laborat Alcibiades in Nicia illo religioso!

122. Νικίας καὶ Ἀλκιβιάδης ἐπὶ Σικελίας τὴν στρατείαν διέφθειραν (καὶ κρίνονται). Tiber. VIII 573, 4 W.

Hoc thema fingitur, ut figuram τῆς ἐπανόδου rhetoricam illo exemplo illustret auctor.

123. συμβουλεύει τις τῆς Δεκελείας τειχιζομένης κατάγειν Ἀλκιβιάδην. Sopater V 188, 20 W.

Deceleam suasu Alcibiadis (Thuc. VI 91; VII 18; Plut. Alc. 23) a Lacedaemoniis occupatam magno impedimento fuisse Atheniensibus narrat Thucydides (VII 27). Apud rerum scriptores Alcibiadis reditum cum Decelea munita coniunctum esse non video, legitur autem apud Polyaenum (I 40, 6): τούτων γενομένων (Δεκελείας τειχισθείσης) ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι κάθοδον Ἀλκιβιάδῃ.

124a. ηὐτομόλησεν Ἀλκιβιάδης ἐκ **Σπάρτης** πρὸς Ἀθηναίους καὶ γράφει τις ἐν Σπάρτῃ μὴ δέχεσθαι αὐτομόλους. Syrian. IV 706, 17 W.

124b. μετὰ τὰ ἐν Κυζίκῳ γράφει τις ἐν Σπάρτῃ μηκέτι δέχεσθαι αὐτομόλους. Sopater IV 737, 5 W.

Hanc legis rogationem in scholis commenti sunt, cf. n. 273.

125. Ἀλκιβιάδης ἐπανελθὼν ἀπὸ τῆς φυγῆς καὶ στρατηγεῖν ἀναγκαζόμενος ἀξιοῖ περὶ τῶν ἐπενεχθέντων ἐγκλημάτων αὐτῷ πρότερον ἀπολογεῖσθαι. Syrian. II 165, 9 R.

Alcibiadem extra poenam fuisse narrant Thuc. VIII 97/8; Plut. Alc. 33; Diod. XIII 68, sed Alcibiadem ipsum impunitatem postulasse non traditur.

126. Ἀλκιβιάδης μετὰ τὰ κατὰ **Κύζικον** εἰσφέρει

νόμον μηδένα στρατηγὸν ἀπὸ στρατοπέδου ἀνακαλεῖσθαι. Hermog. 113, 19 R.

Alcibiadi qui in Siciliam missus, deinde ab Atheniensibus revocatus exercitum deseruerat, saepe clades illa Siciliensis vitio versa est; rogatio, quam fert ad populum Alcibiades victoria elatus, vane ficta est, et haud scio an ortum sit propositum ex illis quae affert Alcibiades sui purgandi causa post reditum (Plut. Alc. 32): ὡς οὔτ' ἂν Σικελίας διήμαρτον οὔτ' ἄλλο τι . . . ἐξέφυγεν αὐτοὺς ἐάσαντας 'Αλκιβιάδην ἐπὶ τῶν τότε πραγμάτων . . .

127. μετὰ τὰ κατὰ Κύζικον 'Αλκιβιάδης αἰτήσας φρουρὰν τοῦ σώματος κρίνεται τυραννίδος ἐπιθέσεως. Sopater VIII 2, 1 W.

Saepe Alcibiades τυραννίδος ἐπιθέσεως accusabatur, (IV 343; 348 W multisque aliis locis) interdum nulla alia re suspicioni locum dante nisi quod erat αὐθάδης καὶ μεγαλόφρων, ut dicit Sopater, cf. Liban. V 563, 5 sq. F; eo magis grata erat talis accusatio, cum illum stipatores postulare Pisistrati exemplo commoti fingerent rhetores (cf. n. 89) respicientes, ut puto, ad Xenophontem (Hell. I 4, 18; Plut. Alc. 32): 'Αλκιβιάδης δὲ πρὸς τὴν γῆν ὁρμισθεὶς ἀπέβαινε μὲν οὐκ εὐθέως, φοβούμενος τοὺς ἐχθροὺς κτλ.

128. μετὰ τὰ ἐν Κυζίκῳ γράφει 'Αλκιβιάδης ἐπὶ Σικελίαν πλεῖν. Apsin. 253, 12 H; cf. Syrian. II 165, 7 R.

Huic consilio fide historica carenti ansam praebuisse suspicor similia atque scholasticae 126.

129. 'Αλκιβιάδης μετὰ τὰ κατὰ Κύζικον κατελθών, εἶτα ἔχων ἐν ἐκπώμασιν τὰ περὶ Σικελίαν, φεύγει δημοσίων ἀδικημάτων. Hermog. 68, 6 R.

Accusatur vir, si recte interpretor, quod insolentia exsultans imaginem illius calamitatis scyphis[1] induxit, ut admoneret Athenienses, quam male sine Alcibiade res gessissent. Thema fictum esse putes, cum rerum scriptorum testimonia desint, sequens hanc thesin: ἔγραψέ τις τὰ περὶ Σικελίαν καὶ προύθηκε δημοσίᾳ· κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. Sopater V 96, 23 W.

[1] Multis locis (IV 233; 608; V 94; 318 W alibi) legitur ἐκπώμασιν; quod cum offensioni esset Matthaeo Camariotae (VI 621, 8 W), scripsit ἐκτυπώμασιν.

8. Varia themata ex belli Peloponnesiaci temporibus decerpta.

130. εἰ συμφέρει πολεμεῖν Ἀθηναίοις πρὸς Πελοποννησίους. Dio or. XXII 3.

131. εἰ συμφέρει βοηθεῖν **Κερκυραίοις** πρὸς Κορινθίους. Dio or. XXII 3.

Thucydides (I 44) refert de Atheniensium deliberatione hac in re habita.

132. ἐπέταττον οἱ Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίοις **Ποτίδειαν, Μέγαραν καὶ Αἴγιναν** ἀποδοῦναι αὐτοῖς, ὡς αὐτῶν μὲν οὔσας, κατεχομένας δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Anonym. VII 858, 7 W; cf. Hermog. 207, 12 R.

Thuc. I 139 commemorat huiusmodi Lacedaemoniorum postulationes scilicet haud ad verbum congruentes cum hoc rhetoris themate.

133.* **Σίφνιοι ἢ Μαρωνεῖται** περὶ ἀρχῆς τῶν Ἑλλήνων βουλεύονται.

Ad Athenienses et Lacedaemonios fingitur satis ridiculum exemplum κατὰ τὸ ἀδύνατον, οἷον εἰ Σιφνίους ἢ Μαρωνείτας λέγει τις περὶ ἀρχῆς τῶν Ἑλλήνων βουλεύεσθαι ἢ τὸν Πύθιον ψεύδεσθαι . . . Hermog. 33, 10 R.

134. σείεται ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Πελοποννησιακῷ **Δῆλος,** καὶ γράφει τις καταλύειν τὸν πόλεμον ἐν τοῖς Ἕλλησιν. Hermog. 116, 2 R.

Thuc. II 8: ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη . . ., πρότερον οὔπω σεισθεῖσα ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται. ἐλέγετο δὲ καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι.

135. Πολιορκουμένων **Πλαταιέων καὶ Μυτιλήνης** ἀφεστηκυίας γράφει τις Πλαταιεῦσι βοηθεῖν, ἀμελήσαντας Μυτιλήνης, καὶ ἕτερος ἀντιλέγει. Sopater V 186, 23 W.

Hanc declamationem movisse suspicor Thucydidem, qui postquam multa de Mytilenaeis narravit, pergit (III 20): τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος οἱ Πλαταιῆς (ἔτι γὰρ ἐπολιορκοῦντο ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν) ἐπειδὴ τῷ τε σίτῳ ἐπιλιπόντι ἐπιέζοντο καὶ ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν οὐδεμία ἐλπὶς ἦν τιμωρίας . . .

136. μετὰ τὴν *Πλαταιέων* κατασκαφὴν νόμον εἰσφέρουσι Λακεδαιμόνιοι πόλιν Ἑλληνίδα μηκέτι κατασκάπτεσθαι. Syrian. II 170, 3 R.

Plataearum exitus narratur a Thuc. III 68: legis fictio insani rhetoris est.

137a. Liban. VI decl. 13 F: οἱ *Ποτιδαιᾶται* ἀλλήλων ἐγεύσαντο πολιορκούμενοι ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ κρίνονται Ἀθηναῖοι ὑπὸ τῶν Κορινθίων ἀσεβείας.

137b. Gregorius Cyprius (in Liban. op. VI 49 sq. F): Ἀθηναῖοι ἀπολογούμενοι.

Thuc. II 70: ὅ τε σῖτος ἐπελελοίπει, καὶ ἄλλα τε πολλὰ ἐπεγεγένητο αὐτόθι ἤδη βρώσεως περὶ ἀναγκαίας καί τινες καὶ ἀλλήλων ἐγεύσαντο.

138. Aristides (I or. 31 D): ὑπὲρ τῆς πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους *εἰρήνης*.

Lacedaemonii ut servent homines **Sphacteriae** inclusos, legatos Athenas mittunt (Thuc. IV 17 sq.).

139. Marcus Byzantius (Philostr. v. s. p. 40, 16 K): ὁ Σπαρτιάτης ὁ ξυμβουλεύων τοῖς Λακεδαιμονίοις μὴ παραδέχεσθαι τοὺς *ἀπὸ Σφακτηρίας* γυμνοὺς ἥκοντας.

Lacedaemonii Sphacteriae capti ex convento sine armis domum mittuntur (Thuc. V 18; Diod. XII 72) atque Spartae recipiuntur, sed turpiter tractantur (Thuc. V 34; Diod. XII 76).

140. ὁ *Ἆγις* παρὰ Λακεδαιμονίοις κρινόμενος ὑπὲρ τῆς ἐξ Ἄργους ἀναχωρήσεως. Marcell. IV 250, 10 W.

Declamationem se applicare puto ad Thucydidem (V 63): Λακεδαιμόνιοι . . . Ἆγιν ἐν μεγάλῃ αἰτίᾳ εἶχον οὐ χειρωσάμενον σφίσιν Ἄργος . . . ἐβούλευον εὐθὺς ὑπ' ὀργῆς παρὰ τὸν τρόπον τὸν ἑαυτῶν ὡς χρὴ τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ κατασκάψαι καὶ δέκα μυριάσι δραχμῶν ζημιῶσαι.

141. βουλεύονται Ἀθηναῖοι περὶ *Νικίου*, εἰ δεῖ πεμφθῆναι αὐτὸν *εἰς Σικελίαν* στρατηγόν. Ios. Rac. III 482, 11 W.

Thuc. VI 8: ὁ Νικίας ἀκούσιος μὲν ᾑρημένος ἄρχειν . . .

142.* Πλουτίων (Πολλουτίων cod. Par.; Πολυτίων V 73, 9 W) κρίνεται προαγωγίας. Sopater IV 176, 6 W; cf. n. 215.

An sit ille Πουλυτίων, cuius in domicilio mysteria celebrata esse dicebantur (Andoc. I 12; Plut. Alc. 19; alibi)?

143. Aristides (I or. 29/30 D): περὶ τοῦ πέμπειν βοήθειαν τοῖς ἐν Σικελίᾳ.

Post Niciae epistulam exercitum recentem in Siciliam deducere Athenienses constituunt (Thuc. VII 16; Diod. XII 8, 7; 9, 2; Plut. Nic. 20). Easdem condiciones spectare videtur propositum:

144. εἰ μὲν Ἀθηναίοις ὑπὸ Λακεδαιμονίων (ὑπὸ Πελοποννησίων Theo II 61, 11 Sp) πολιορκουμένοις συμφέρει καὶ ἐπὶ Σικελίαν ἐκπέμπειν στράτευμα. Doxopater II 537, 1 W.

145. Alexander Peloplato et Herodes (Philostr. v. s. p. 80, 10 K): οἱ ἐν Σικελίᾳ τρωθέντες ἦσαν αἰτοῦντες τοὺς ἀπανισταμένους ἐκεῖθεν Ἀθηναίους τὸ ὑπ' αὐτῶν ἀποθνήσκειν.

Rhetorum ante oculos versabatur Thucydidis narratio (VII 75): οἱ ζῶντες καταλειπόμενοι τραυματίαι τε καὶ ἀσθενεῖς πολὺ τῶν τεθνεώτων τοῖς ζῶσι λυπηρότεροι ἦσαν καὶ τῶν ἀπολωλότων ἀθλιώτεροι· πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι ἐς ἀπορίαν καθίστασαν, ἄγειν τε σφᾶς ἀξιοῦντες καὶ ἕνα ἕκαστον ἐπιβοώμενοι, εἴ τινά πού τις ἴδοι ἢ ἑταίρων ἢ οἰκείων κτλ.

146. ὁ Ἑρμοκράτης ἀξιοῖ μετὰ τὴν νίκην ἐπ' Ἀθήνας πλεῖν. Apsin. 219, 15 H.

Thuc. VIII 26: τῶν τε γὰρ Σικελιωτῶν Ἑρμοκράτους τοῦ Συρακοσίου μάλιστα ἐνάγοντος ξυνεπιλαβέσθαι καὶ τῆς ὑπολοίπου Ἀθηναίων καταλύσεως, εἴκοσι νῆες Συρακοσίων ἦλθον . . .

147. Lesbonax (ed. FKiehr, Lps. 1907): προτρεπτικός γ'.

Oratio adhortatoria, qua monentur ante pugnam Athenienses, ut fortiter proelium cum Lacedaemoniis committant. Cum bis (§ 6 et 7) servi Atheniensium a Lacedaemoniis liberati commemorentur, fictio ad pugnam belli Deceleici spectare videtur.

148. μηκυνομένου τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου κρίνονται ***Κορίνθιοι*** ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἀδικημάτων ἐπὶ τῇ εἰσηγήσει. Sopater VIII 170, 12 W.

Fictio satis perspicua.

149. ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι **παρὰ βασιλέα** περὶ χρημάτων· ἔδωκεν ἑκατέροις· ἐπανελθόντων αὐτῶν ἀξιοῖ τις ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ βασιλέα στρατεύειν. Apsin. 237, 7 H.

Declamatio praebet exemplum eius, qui dolose agentis suspicionem movet.

150.* κρίνονται οἱ δέκα στρατηγοὶ εὐθύς, ὅτι οὐκ ἀνείλοντο τὰ τῶν πεσόντων σώματα **ἐν Ἀργινούσαις.** Anonym. VII 203, 16 W.

Narratur haec causa Xen. Hell. I 7, 4; Diod. XIII 101.

151. Anonymi in praefectum navalem oratio (KJander, Orat. et rhet. Graec. frg. in Lietzmanni collectione: Kleine Texte f. Vorles. u. Üb. 118, 1913, p. 26).

Dux quidam ante proelium navale pronuntiavit se mari illapsos non sepulturum esse; victoria parta saucios neglexit mortuosque non sepelivit; accusatur.[1] — Fortasse — nisi vero obstat in versu 33 τὴν ⟨Αἰ⟩γίνην, quam lectionem proposuit Egger — spectat argumentum ad pugnam apud Arginusas factam, cum vix mirum sit, quod rhetor hoc modo historiae condiciones mutaverit; ut exemplum afferam: pugnam apud Arginusas commissam etiam hoc in proposito valere puto: στρατηγὸς συλλαβὼν τοὺς νεκροὺς καὶ τοὺς αἰχμαλώτους εἶχεν ἐν τῇ νηΐ· χειμῶνος γενομένου ἀνέβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν τοὺς νεκροὺς καὶ κρίνεται δημοσίᾳ. Sopater VIII 223, 13 W.

152. Aristides (Philostr. v. s. p. 89, 14 K; cf. Hermog. p. 244, 20 R; Syrian. II 175, 24 R): ὁ ἐπιτιμῶν τῷ Καλλιξείνῳ ἐπὶ τῷ μὴ θάπτειν τοὺς δέκα.

Athenienses re vera deliberasse post pugnam apud Arginusas factam εἰ δεῖ θάψαι τοὺς δέκα στρατηγοὺς (Apsin. 293, 16 H) et Callixenum talia dissuasisse verisimile non est. Rhetores respiciebant ad Euryptolemi verba (Xen. Hell. I 7, 22): κατὰ τόνδε τὸν νόμον κρίνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις καὶ προ-

[1] p. 27 v. 6 J. ὥσπερ δὲ δέον] ὥσπερ οὐ δέον legi mavult Muenscher. p. 28 v. 22 ἦν τις ἄρα, ἦν — μηδεμίαν δ' αὐτῶν Muenscher. p. 28 v. 24 ἀλλὰ ⟨ματαίως⟩? p. 29 v. 33 περὶ τὸν ⟨αἰγιαλὸν⟩ τὸν εἰς τὴν ⟨Αἰγίνην⟩ Muenscher. p. 30 v. 42 ὑμῖν ⟨κέρδους⟩ — οὐδέν? p. 30 v. 43 κ̣ε̣ν̣[ο]τάφιον ὑμῶν [καθίδρυ]ται ἐπὶ γῇ [β]ραχ̣ύ̣. τί . . . ἐπέγραψεν;

δόταις . . . ἂν καταγνωσθῇ μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Ἀττικῇ, τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημόσια εἶναι, nisi forte declamatores elegantias quasdam adhibuisse putes: Callixenus suadet ut illis, qui mortuos sepeliendos non curaverint, sepulcrum negetur.

153. εἰ τοῦ Καλλιξένου κατηγοροίης ἐξομνυμένων τῶν στρατηγῶν. Apsin. 288, 10 H.

154. Apsines (in ed. 251, 20 H): Ἕρμων.

. . . ἐὰν πρότερον αὐξήσῃς τὸ μέγεθος τῶν προτέρων συμφορῶν, ἃς ἀπήλλαξεν, ἢ τὴν δύναμιν τῶν ἐχθρῶν ἣν ἔπαυσεν, οἷον ὡς ἐν τῷ Ἕρμωνι . . . Apsin. l. c. Est autem Hermo, de quo dicit Xenophon (Hell. I 6, 32): Ἕρμων δὲ Μεγαρεὺς ὁ τῷ Καλλικρατίδᾳ κυβερνῶν εἶπε πρὸς αὐτὸν (Lysandrum) ὅτι εἴη καλῶς ἔχον ἀποπλεῦσαι· αἱ γὰρ τριήρεις τῶν Ἀθηναίων πολλῷ πλέονες ἦσαν. Huic themati adsero

155. Anonymi (Pap. Greci e Latini II, Firenze 1913, n. 128): ὁ κυβερνήτης.

Gubernator quidam civitatem amissurus (τὴν δὲ πολιτείαν ἡμῖν ἐάτω) apologiam facit, — postquam Lysandrum laudibus extulit: res gestas eius et terra et mari eadem valere, — demonstrans gubernatorum partes praeter ceterorum excellere.[1]

156. Apsines (in ed. p. 254, 16 et 260, 6 H): ***Λύσανδρος.***

Quae fuerint condiciones accusationis (quam fingi ex contextu verborum elucet), non iam cognosci potest; Lysander ἀρχὴν ὑποδείξας καλήν (254, 16) ipsum se defendere videtur. Cogitare licet de eius crudelitate apud Aegospotamos ostentata (Xen. Hell. II 1, 31).

157. Polemo (Philostr. v. s. p. 49, 3 K): (ἡ δὲ τρίτη τῶν ὑποθέσεων) τοὺς Ἀθηναίους μετὰ Αἰγὸς ποταμοὺς ἐς τοὺς δήμους ἀνεσκεύαζεν.

Fortasse suadebat rhetor — themate respondente Isocratis declamationi τοῦ τοὺς Ἀθηναίους ἐξάγοντος τῆς θαλάσσης (n. 225) — Atheniensibus, ut pugna navali victi posthac in terra continente maneant, sicut Hesychius interpretatur ἀνασκευάζειν· μετατιθέναι. Potius autem de ἀνασκευάζειν vocis usu rhetorico cogites: labefactare studet rhetor eorum sententiam, qui Athenas captas dirui hominesque expelli, i. e. ἐς τοὺς δήμους distribui voluerant (cf. n. 158), qua in re monendum est de Μαντινέων

[1] p. 41 v. 26: [π]νεῦμα σύντονον Muenscher.

διοικισμῷ (Xen. Hell. V 2, 7: καθῃρέθη μὲν τὸ τεῖχος, διῳκίσθη δ' ἡ Μαντίνεια τετραχῆ . . .).

158. Aristides (I or. 32 D): ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀθηναίους **εἰρήνης**.

Agitur de pace Lacedaemoniorum cum Athenis facienda a. 404, cum dubium esset, an urbs dirueretur (Xen. Hell. II 2, 19 sq.; Iustin. V 8; Polyaen. I 45, 5).

159. ἔδοξε τοῖς Ἕλλησι καταλῦσαι τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον· γράφει τις καὶ τὰ τρόπαια ἀναιρεῖν. Apsin. 219, 16 H.

Hoc de themate declamaverunt Polemo (Philostr. v. s. p. 49, 1 K) et Herodes (p. 49, 21 K). — Rhetores ut talia fingerent, impellebantur similibus considerationibus atque eis quas legimus apud Paus. IX 40, 8/9: . . . οὐκ εὖ βουλεύσασθαι . . . τρόπαια ἵστασθαι, εἰ ἐς εὔνοιάν ποτε τοὺς προσχώρους ὑπάξονται· μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος, οὐκ ἀναστήσας οὔτε ἐπὶ Δαρείῳ τρόπαια οὔτε ἐπὶ ταῖς Ἰνδικαῖς νίκαις; cf. n. 43 et 198.

160. Herodes Atticus: **περὶ πολιτείας**.

Lacedaemonii Larisaeos commovere student, ut Graecorum societati se applicantes Archelao (413—399) bellum inferant. Thrasymachi ὑπὲρ Λαρισαίων oratio hoc thema movisse verisimile est; cf. CMuenscher in R-E VIII 1 p. 951 sq.

161.* Dionysius Milesius (Philostr. v. s. p. 35, 31 K): οἱ κρινόμενοι ἐπὶ τῷ μισθοφορεῖν **Ἀρκάδες**.

De certis quibusdam condicionibus historicis (cf. Thuc. VII 57) cogitare opus non est; Arcades enim mercede militare plane notum erat, cf. Xen. Anab. VI 2, 10; Hell. VII 1, 23: καὶ ἀλκιμωτάτους αὐτοὺς (Arcades) ἀπεδείκνυε (Lycomedes), τεκμήρια παρεχόμενος ὡς ἐπικούρων ὁπότε δεηθεῖέν τινες, οὐδένας ᾑροῦντο ἀντ' Ἀρκάδων.

162. Antiochus Aegaeus (Philostr. v. s. p. 76, 16 K): οἱ **Κρῆτες** κρινόμενοι ἐπὶ τῷ τοῦ Διὸς σήματι.

ἀσεβείας accusantur Cretenses, cum Iovem sepultum esse sua in insula glorientur, cuius rei testimonia collegit FrPfister, Der Reliquienkult im Altertum 1909, 385 sq.

163. Εὐξίθεος καὶ Ἡρώδης ἔπλεον ἅμα· εὕρηται ὁ Εὐξίθεος καθεύδων ἔχων αἷμα ἐγγὺς καὶ κρίνεται κακουργίας. Sopater IV 316, 15 W.

Est argumentum Antiphontis orationis quintae, quam in scholis declamatam esse, licet mirum sit (cf. n. 225 et 263), ex verborum contextu concludi potest. Atque notatu dignum est nullo alio nisi hoc loco Euxithei nomen exstare.

9. In tyrannos.

164. ***Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων*** καθεῖλον τὸν Ἱππίαν καὶ ἀμφισβητοῦσι τοῦ γέρως ἢ αἰτοῦσι τὸ γέρας. Sopater IV 563, 29 W.

Argumentum non nisi exempli causa affertur, ut ex contextu verborum intellegitur. Quominus rem ita ut fingitur gestam esse credas, obstant testimonia veterum, imprimis Thuc. VI 57, 4: Ἁρμόδιος δ' αὐτοῦ παραχρῆμα ἀπόλλυται.

165. οἱ Ἀθηναῖοι τυραννευόμενοι ***ὑπὸ τῶν τριάκοντα*** ὑφ' ἑνὸς ἀξιοῦσι τυραννεῖσθαι. Apsin. 243, 19 (cf. 310, 16) H.

Haerebant, si quid video, in rhetorum memoria Critiae verba (Xen. Hell. II 3, 16): εἰ δὲ ὅτι τριάκοντά ἐσμεν καὶ οὐχ εἷς, ἧττόν τι οἴει ἢ ὥσπερ τυραννίδος ταύτης τῆς ἀρχῆς χρῆναι ἐπιμελεῖσθαι, εὐήθης εἶ.

166.* ***Κριτίας*** τυραννίδος κρίνεται. Apsin. 256, 11 H.

167. καταφυγόντος Κριτίου ἐπὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας βουλεύονται εἰ δεῖ ἀποσπᾶν. Hermog. 33, 19 R.

Ficta est haec res, ut puto, secundum exemplum Theramenis ab ara Vestae avulsi (Xen. Hell. II 3, 35; Diod. XIV 5, 3), Critias enim in proelio occisus est (Xen. Hell. II 4, 19; Diod. XIV 33). Rei contrariae autem causa non Vestae, sed tyrannicidarum imagines, quae hic deorum simulacris adaequantur — propter has statuas alias ponere non licuit (IG II 300. 410) —, adhibentur totumque factum ad Critiae personam defertur, qui crudelissimus fuisse dicitur triginta illorum. Harum statuarum quae fuerit auctoritas in ludis, etiam conspicuum est ex hac controversia: πλούσιος ἀριστεύσας ᾔτησε δωρεάν, ἵνα ὅστις ἁμαρτήσας εἰς τὸν αὐτοῦ ἀνδριάντα καταφύγῃ, ἀπολύηται τοῦ ἐγκλήματος καὶ ἔλαβεν κτλ. VIII 412, 6 W.

168. νόμος τὸν καταφεύγοντα ἐπὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας μὴ ἀναιρεῖν· εἰ δὲ μὴ καὶ

αὐτὸν θανάτῳ ζημιοῦσθαι τὸν φονεύοντα. Κριτίαν ἐπ' αὐτὰς καταφυγόντα ἀνεῖλέ τις καὶ ὑπάγεται τῷ νόμῳ. Marcell. IV 801, 12 W.

Quo de themate duae commemorantur Aristidis declamationes (IV 173 W), ex quibus fragmentum minutum nuper luci redditum est (StGloeckner: Über den Komm. d. Joh. Dox. . . . I. Progr. Bunzlau 1908, 15 sq.): 'Αριστείδης τὸ τοῦ Κριτίου πρόβλημα μελετῶν προεθεράπευσε λέγων· ἐπίσταμαι ὅτι οὐ συνίσταται, ὅμως δὲ γυμνασίας χάριν τὸ ἀσθενέστερον πρόσωπον μελετῆσαι προῄρημαι. — Thema ipsum, si quid video, ortum est hac ex thesi: νόμος ἐκέλευε τὸν τύραννον ἀναιρεῖν· ἄλλος ἐκέλευε τὸν ἐν ἱερῷ καταφυγόντα μὴ ἀποθνήσκειν· τύραννον ἐν ἱερῷ τις καταλαβὼν φεύγοντα ἀπέκτεινε καὶ κρίνεται ὡς ἀσεβής. VIII 405, 3 W.

169. Libanius (VI decl. 14 F.): νόμος τὸν τύραννον μὴ θάπτεσθαι καὶ τὸν ἀποκτείναντα δωρεὰν λαμβάνειν· ***Κάλλαισχρος*** ἀποκτείνας Κριτίαν τὸν υἱὸν τυραννοῦντα αἰτεῖ θάψαι.

Quomodo ortum sit hoc thema, non perspicio; hic quoque cogitare licet de thesi quadam, cui nomina postea inserta sint; sescenties enim declamabantur themata, quae spectabant ad sortem tyrannicidarum, cf. e. g. Sen. contr. III 6; IV 7; IX 4; Luciani τυραννοκτόνοι.

170 a. νόμος τὸν τυραννοκτόνον λαμβάνειν δωρεάν. ***Θρασύβουλος*** τοὺς τριάκοντα καθελὼν ἀξιοῖ τριάκοντα λαβεῖν δωρεάς. Max. Plan. V 342, 4 W.

170b. An Thrasybulo triginta praemia debeantur, qui tot tyrannos sustulerit? Quint. III 6, 26.

Verisimile est ansam praebuisse huius thematis Polycratis orationem, de qua v. Aristot. rhet. II 24, 2: . . . πάλιν τὸ Πολυκράτους εἰς Θρασύβουλον, ὅτι τριάκοντα τυράννους κατέλυσε . . .

171. γράφει τις τὸν ***Κόνωνα*** μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῶν τειχῶν τῶν αὐτῶν τιμῶν Ἁρμοδίῳ καὶ 'Αριστογείτονι τυγχάνειν. Apsin. 252, 1 H.

Huius thematis fingendi auctorem fuisse Demosthenem (XX 68—70) suspicor; Cononi ob merita οὐ μόνον τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα, ὥσπερ Ἁρμοδίου καὶ 'Αριστογείτονος, ἔστησαν πρώτου (70).

172.* **Dionysius** petit custodes salutis suae; deliberant cives. Quint. inst. V 11, 8.

Argumentum (cf. n. 89 et 127) petitum est, ut docet contextus verborum, ex Aristot. rhet. I 2 p. 1357 b 30 οἷον ὅτι ἐπεβούλευε τυραννίδι Διονύσιος (I. Siculorum tyrannus), αἰτῶν τὴν φυλακήν; cf. pol. III p. 1286 b 39; Polyaen. strat. V 2, 2.

173.* κατὰ Διονυσίου.

οἷον πρὸς Διονύσιον τὸν τύραννον κατὰ Φαλάριδος τοῦ τυράννου ἐροῦμεν καὶ τῆς Φαλάριδος ἀποτομίας. Dem. de eloc. 293.

174. Lucianus: ***Φάλαρις*** α′ β′.

In priore harum declamationum Phalaradis (Siculorum tyranni ca. a. 560) legatus suadens inducitur Delphis, ut accipiant illum bovem aeneum quo tot homines cruciaverat tyrannus. Φάλαρις β′ Delphi cuiusdam oratio est, qui in contione sententiae alterius repugnans diserte monet ne Delphi hoc donarium insolitum repudient. Huic declamationi excerpta petita ex oratione Lucianea γ′ deperdita, quae eadem spectabat atque β′, inserta esse ostendit BKeil in Hermae vol. 48, 1913, 494 sq.: Über Lukians Phalarideen. — Suidas s. v. Ἀδριανός hunc quoque sophistam Phalariden scripsisse memoriae prodidit.

175. Lex est: qui tyrannum occiderit, olympionicarum praemia capito et quam volet sibi rem a magistratu deposcito et magistratus ei concedito. Et altera lex: tyranno occiso quinque eius proximos cognatione magistratus necato. **Alexandrum** qui apud **Pheraeos** in Thessalia tyrannidem occupaverat, uxor sua, cui Thebe nomen fuit, noctu cum simul cubaret, occidit. Haec filium suum, quem ex tyranno habebat, sibi in praemii loco deposcit. Cic. de inv. II 144.

Alexandrum noctu ab uxoris fratribus femina ipsa suadente trucidatum esse, rebus veris probatur (Diod. XVI 14, 1; Plut. Pel. 35; Val. Max. IX 13 ext. 3; Xen. Hell. VI 4, 35: ἀποθνήσκει (Alexander) αὐτοχειρίᾳ μὲν ὑπὸ τῶν τῆς γυναικὸς ἀδελφῶν, βουλῇ δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς ἐκείνης ... 37 ἡ δὲ ἔχθρα λέγεται αὐτῇ πρὸς τὸν ἄνδρα γενέσθαι . . . οἱ δέ τινες ὡς ἐπεὶ παῖδες αὐτῷ οὐκ ἐγίγνοντο ἐκ ταύτης (!), ὅτι πέμπων εἰς Θήβας ἐμνήστευε

τῆς Ἰάσονος γυναῖκα [ἀναλαβεῖν]). Alia quae in themate commemorantur, certis vanitatis signis notata sunt. — His ipsis in tyrannicidarum thematis persaepe rhetores in tyrannos saevientes ineptissimas leges ementitos esse elucet, quae sibi repugnantes controversias darent (e. g. Quint. inst. VII 7, 5: ‚tyrannicidae imago in gymnasio ponatur', contra: ‚mulieris imago in gymnasio ne ponatur', mulier tyrannum occidit), quibus thematis postea nota nomina historiae condicionibus plane neglectis saepe inserebantur (cf. n. 168/9).

10. Socrates.

Socrates in scholasticis appellabatur ut homo vere philosophus nihilque desiderans, sed opprobrio illi datum est quod iuvenes a re publica retineret.

176. εἰ γαμητέον Σωκράτει. Anonym. II 21, 19 W alibi.

Thesis, an uxor ducenda sit, saepe in progymnasmatis invenitur ac semper fere hoc exemplo demonstratur Socratis nomine adiecto, quid intersit inter thesin et hypothesin. — Socrates hic est exemplum eius qui omnibus in vitae condicionibus re vera spectat utilissima.

177.* Σωκράτης πορνοβοσκείας κρίνεται. Hermog. 33, 8 R.

ζήτημα ἀπίθανον, Socratis enim σωφροσύνη luce erat clarior, cf. n. 98. Memoratu dignum est hoc in rerum contextu colloquium Socratis cum Theodota habitum, quod legitur apud Xenophontem (mem. III 11).

178. Σωκράτης ἀριστεύσας ᾔτησε πολίτου οὐσίαν εἰς τὸ γέρας. Marcell. IV 167, 1 W.

ζήτημα κατὰ τὸ ἀπρεπές; viguit fortasse memoria illorum Platonis (sympos. 220 E) Alcibiadem Socrati τἀριστεῖα concessisse, illum autem in Alcibiadis gratiam remisisse.

179. ὥρκωσε Σωκράτης Ἀλκιβιάδην μὴ πολιτεύεσθαι καὶ κρίνεται. Sopater VIII 166, 5 W.

Quod Socrates iureiurando iuvenes adstrinxisse dicitur, ut a re publica abstinerent (cf. HMarkowski, De Libanio Socratis defensore, Bresl. philol. Abh. 40, 1910, 8 sq.), rhetorica est

exaggeratio. — Socrates in Alcibiadis declamationibus saepe nominabatur, cuius rei fortasse putes auctorem fuisse Polycratem (cf. Isocr. Bus. 5: ὥσπερ ἐγκωμιάσαι [Socratem] βουλόμενος Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν, ὃν ὑπ' ἐκείνου μὲν οὐδεὶς ᾔσθετο παιδευόμενον, ὅτι δὲ πολὺ διήνεγκεν τῶν Ἑλλήνων ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν), sed plerumque, ut videtur, dolebant rhetores, quod Socrates consilia moresque illius non sanaverat (cf. Sopatr. VIII 4, 6 W).

180. Σωκράτην εἴποι τις ἂν τὸν Ἀθηναῖον Φιλίππου καταλαβόντος Χαιρώνειαν δεῖν ἐξιέναι ἐπὶ τὸν πόλεμον. Doxopater II 536, 28 W.

Scilicet ineptit rhetor id agens ut personas certasque rerum condiciones addat thesi (l. c. 31): εἰ τὴν χώραν τῶν πολεμίων καταλαβόντων λέγοι τις καὶ τοὺς φιλοσόφους ἐξιέναι ἐπὶ τὸν πόλεμον . . .

181. Libanius (V decl. 1 F): Σωκράτους ἀπολογία.

Cf. HMarkowski, De Libanio Socratis defensore, Breslauer philolog. Abhandlungen 1910; KMeiser, Sitzungsber. d. bayer. Akad. d. Wiss. 1910 Nr. 6; IMesk, Wiener Studien 1910 p. 55—84. Ex re esse puto huic declamationi enumerationem addere operum quae respiciunt Socratis accusationem: 1. Platonis apologia; 2. Polycratis accusatio (Isocr. Bus. 4); 3. Xenophontis apologia; 4. Lysiae apologia (cf. FBlass, Att. Bereds. I² 351); 5. Demetrii Phalerei Socratis laudatio vel defensio (FHG II 366 sq.).

182. Libanius (V decl. 2 F): κωλύουσι Σωκράτην ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλέγεσθαι καὶ ἀντιλέγει τις.

‚Ansam praebuisse videtur, quod Socrates nondum reus a Critia colloqui vetitus est.' Foerster p. 123 adnot. 1.

183. Polemo (Philostr. v. s. p. 53, 13 K): ὁ Ξενοφῶν ὁ ἀξιῶν ἀποθνήσκειν ἐπὶ Σωκράτει.

Xenopho[1] absens ab Athenis cum Socrates moritur, sine Socrate non iam vivere vult.

---

[1] Exercitationem rhetoricam ‚Xenopho militum tumultum sedans' (cf. anab. VII 1, 22) ex commemorationibus apud Chionem (ep. 3), Himerium (ecl. 17, 6), Dionem Chrysost. (XVIII 14—17 A) forte oblatis suo iure, ut videtur, recepit ASabatucci (Stud. ital. di filol. cl. XIV 1906, 412 sq.).

184. κρατήσας ὁ Ἄνυτος καὶ Μέλητος τοῦ Σωκράτους γράφει καὶ τοὺς ἑταίρους[1] αὐτοῦ ἐλαύνειν. Apsin. 221, 10 H.

Argumentum disciplinae describendae causa fictum, ut ex auctoris verbis apparet; monendum est de verbis Aristippi (Socratic. ep. 16): ἐπέστειλας (sc. Xenopho) δέ μοι πῶς ἀνεχωρήσατε πάντες ἀπ' Ἀθηνῶν οἱ Σωκράτους ἐρασταί τε καὶ φιλόσοφοι, δεδιότες μή τι καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἔλθοι τῶν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐποιεῖτε φλαύρως.

11. Themata ad homines litteratos et artifices saec. VI/IV pertinentia.

185. ὁ ***Πυθαγόρας*** κωλυόμενος ὑπό τινος Ἀθηναίων . . . μετέχειν τῆς Ἐλευσῖνι τελετῆς ὡς βάρβαρος, ὅτι ἔλεγεν αὐτὸς ὁ Πυθαγόρας πρὸ τούτου ποτὲ καὶ Εὔφορβος γεγονέναι. Lucian. pseudolog. 5.

Diod. X frg. 6: καὶ αὐτὸς (Πυθαγόρας) δὲ ἑαυτὸν ἔφασκεν ἐπὶ τῶν Τρωικῶν χρόνων μεμνῆσθαι γεγενημένον Εὔφορβον τὸν Πάνθου μὲν υἱόν, ἀναιρεθέντα δὲ ὑπὸ Μενελάου. Alia huius rei testimonia contulit Hoefer in R-E VI 1 p. 1173 s. v. Euphorbos; cf. n. 350.

186. μετὰ Μαραθῶνα ***Μίκων*** ὁ ζωγράφος τοὺς βαρβάρους γράψας μείζους τῶν Ἑλλήνων κρίνεται. Sopater VIII 126, 26 W.

Cf. Harpocratio s. v. Μίκων· Λυκοῦργος (frg. 30 Bl) ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας ‚καὶ Μίκωνα τὸν γράψαντα καταδεῶς τοὺς Ἕλληνας ἕως τὰς λ' μνᾶς ἐζημίωσαν‘.

187. ὁ ***Αἰσχύλος*** κρινόμενος ἐπὶ ταῖς Εὐμενίσιν. Apsin. 230, 5 H.

Aeschylus fabula quadam iam Aristotelis (eth. 1111 a; cf. Ael. v. h. V 19; Clem. strom. II 60, 3) aetate arcana enuntiasse dicebatur, quam narrationem rebus viris respondere viri docti alteri negant (v. A. Dieterichium in R-E I 1068 = Kl. Schriften, Lpz. 1911, 139), alteri concedunt (cf. de Wilamowitz N. Jbb. 1912 I 473); quod attinet ad Eumenides, sacra profanata non iam cognoscimus.

---

[1] ἑταίρους recte iam Bakius scripsit pro tradito ἐπαίνους.

188. Libanius (Anecd. Oxon. IV 155 sq. Cr): κατέλευσαν **Πίνδαρον** Θηβαῖοι ἐπὶ τῷ τοὺς Ἀθηναίους ἐγκωμιάσασθαι καὶ γράφει τις τοῖς Ἀθηναίοις στρατεύειν ἐπ' αὐτοὺς τοὺς Θηβαίους.

Isocr. XV 166: Πίνδαρον μὲν τὸν ποιητὴν οἱ πρὸ ἡμῶν γεγονότες ὑπὲρ ἑνὸς μόνον ῥήματος, ὅτι τὴν πόλιν ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος (frg. 76 Schr) ὠνόμασεν, οὕτως ἐτίμησαν, ὥστε καὶ πρόξενον ποιήσασθαι καὶ δωρεὰν μυρίας αὐτῷ δοῦναι δραχμάς. Quam pecuniam poetae dedisse Athenienses, ut multam a Thebanis illi impositam sarcirent, narrant [Aeschin.] ep. 4, 2; Eustath. v. Pind. 28. Rhetores in maius extollunt rem poetamque a Thebanis lapidibus obrutum esse fingunt.

189*. **Φειδίας** νοσφισάμενος ἐκ τοῦ Ὀλυμπίου χρυσίον, βασανιζόμενος καὶ τεθνηκώς· (κρίνονται Ἠλεῖοι). Anonym. RG I² p. 390, 25 Sp-H.

Phidias in Parthenone aedificando, quod aurum vel ebur fraudaverat, Athenis accusatus erat (Plut. Per. 31; Diod. XII 39), quod crimen ab Atheniensibus amoliri studebant rhetores, id quod iam fecerat Philochorus (schol. in Aristoph. pac. 605). Repudiandae autem sunt coniecturae, quas viri docti hunc ad locum fecerunt, e. g. HWeber in Mus. rhen. 44, 1889, 307 proposuerat ὑπὸ εἱλεῶν. Hoc thema mire amplificatum est:

190. Sacrilego manus praecidantur. Elii ab Atheniensibus Fidian acceperunt, ut his Iovem Olympium faceret, pacto interposito ut aut Fidian aut centum talenta redderent. perfecto Iove Elii Fidian aurum rapuisse dixerunt et manus tamquam sacrilego praeciderunt, truncatum Atheniensibus reddunt. petunt Athenienses centum talenta. contradicunt. Sen. contr. VIII 2.

191. Choricius (ed. RFoerster, Der Praxiteles des Choricius in Jahrb. d. d. arch. Inst. IX 1894, 167 sqq.): τῶν ἐν Λακεδαίμονι θηλειῶν αἰσχρῶν τικτομένων τὴν ὄψιν ἦλθον εἰς Δελφοὺς Λακεδαιμόνιοι πευσόμενοι τοῦ πάθους τὴν ἴασιν· ἔχρησεν ὁ θεὸς κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης ὑβρισμένης τι πρῴην ἐμπεσεῖν τῇ Σπάρτῃ τὸ νόσημα· λήγειν δὴ τοῦ θυμοῦ τὴν θεὸν τιμηθεῖσαν ἀγάλματι. ἐπιτάττουσι τῷ **Πραξι-**

τέλει τὸ ἄγαλμα ταύτην ἐργαζομένῳ τὴν τέχνην. ὁ δὲ πρὸς μίμησιν Φρύνης τῆς ἑταίρας ἐρωμένης οὔσης αὐτῷ τοῦτο κατασκευάσας ἐπέγραψεν· Ἀφροδίτη. ἐκκλησία συνῆλθε βουλευσομένη, καὶ παραινεῖ δέχεσθαι Πραξιτέλης Σπαρτιάτου τινὸς ἀντιλέγοντος· μελετῶμεν τὸν Σπαρτιάτην.

„Wir wissen nicht das geringste davon, daß Praxiteles auch für Sparta eine Aphroditestatue gearbeitet habe . . . Der Rhetor übertrug einfach die Tradition, welche die knidische Aphrodite nach Phryne gebildet sein ließ, auf eine fingierte spartanische Statue.“ Foerster l. l. p. 170.

192. Εὔαθλος συνέθετο ***Πρωταγόρᾳ*** τῷ σοφιστῇ δώσειν μισθόν, εἰ τὴν πρώτην δίκην λέγων νικήσειε, μαθὼν καὶ μὴ βουλόμενος λέγειν ὑπὸ τοῦ Πρωταγόρου τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖται, ὁ δὲ ἀντιλέγει· εἴτε γὰρ νικήσειεν οὐ δίκαιος δοῦναι κατὰ τὴν σύνταξιν, εἴτε ἡττηθείη ὡς μήπω μαθὼν οὐκ ἄξιος ἀπαιτεῖσθαι. Syrian. II 42, 2 R.

Fortasse hic non nisi exemplum affertur τοῦ ἀπόρου ἐν κατηγορίᾳ τρόπου, ὃν καὶ κροκοδειλίτην οἱ Στωικοί φασιν (l. l. p. 42, 1). Historia legitur apud Gellium V 10 cf. Quint. inst. III 1, 10; Diog. Laert. IX 56; Apul. Flor. 4, 18. Eadem traduntur de Corace et Tisia apud Sext. Emp. adv. math. II 96 sq. et Sopatrum IV 13, 26 W.

193. ***Εὔπολις*** ἁλοὺς ξενίας δημοσίᾳ ἐπράθη· πριάμενος αὐτὸν ὁ Λύκων ἐγχειρίζει τὸν παῖδα, ὁ δὲ ἑαυτὸν προσαγγέλλει. Apsin. 237, 20 H.

Quis hic Λύκων fuerit, plane ignoro; etiam de Eupolidis persona, an sit poeta ille veteris comoediae, dubium esse potest.

194. ***Θουκυδίδης*** ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. Syrian. II 135, 20 R.

An est accusatus, quod paucorum potentiae amicus esset? Mirationem movet defensio: ἀλλ' εἰ δοκεῖ τὴν ἱστορίαν ἀπολείψω, atque absolvitur, cum nullo modo omnes libri deleri possint (cf. n. 423).

195. ***Πλάτων*** ἐπὶ τῇ πολιτείᾳ κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. Syrian. II 135, 17 R.

Plato quoque accusatus videtur esse, quod favebat rei publicae, quae paucorum potestate regitur; is se defendit: ἀλλὰ τἀληθῆ εἶπον.

196. Laesae rei publicae sit actio. **Parrhasius** pictor Atheniensis, cum Philippus captivos Olynthios venderet, emit unum ex iis senem; perduxit Athenas; torsit et ad exemplar eius pinxit Promethea. Olynthius in tormentis periit. ille tabulam in templo Minervae posuit. accusatur rei publicae laesae. Sen. contr. X 5.

Parrhasius qui circa annum 400 iam aetate florebat (Xen. mem. 10), an anno 347 adhuc vixerit, valde dubium est, cf. Brunn, Gesch. d. griech. Künstler II, Stuttg. 1859, 98. — Fortasse imago quaedam Promethei picta hanc rhetorum fictionem elicuit.

12. Temporis fere pugnae Leuctricae themata.

197. Lesbonactis πολιτικός.

FKiehr in Lesbonactis editione (Lps. 1907 p. 6) hac de declamatione: ‚Fingit' inquit ‚autem sophista oratorem quendam Atheniensem, qui paulo post Plataeas a. 427 a Thebanis deletas (cf. § 4: νῦν δὲ τὸ τελευταῖον Πλαταιεῖς ἀναστάτους πεποιήκασιν) cives suos hortatur, ut Plataeenses ulciscantur et Thebanis idem supplicium, quo illi hos affecerint, inferant'. Quam sententiam probat Guil. Schmid in Christii hist. lit. Graec. II^5 549 declamationem dicens „in die Situation des archidamischen Kriegs nach der Einnahme von Plataia 428 hineinkomponiert". — Quamquam scriptorum veterum testimonia, quibus fulciatur huiusmodi Atheniensium concilium, desunt, tamen talis fictio vix mirationem movebit si quis noverit rhetorum consuetudines: urbe deleta ira et ulciscendi cupiditate inflammati Thebanis bellum inferre constituunt (cf. e. g. n. 188). Verum ipso orationis initio fingi contionem apertum fit, in qua omnes, qui antea verba fecerint, dissimulata vera animi sententia rogationes tulerint Thebanorum saluti consulentes; quam rem Kiehrii sententiae supra allatae aptam esse vix putem, cum tali in contione primos Thebanorum adversarios locuturos fuisse exspectes. Potius, si quid video, hic deliberatur de Thebanorum

postulatis vel precibus quibusdam, quibus qui primi verba fecerant, favebant. — Huiusmodi autem rerum condiciones belli Archidamici aetate quaerens operam perdes, quare mea quidem sententia non nisi de altera Plataearum expugnatione (a. 373; cf. EMeyer V § 937) hic cogitare licet. Concinunt hac cum interpretatione optime quae afferuntur de Thebanorum inimicitiis: ita enim tertiae paragraphi finis (μετὰ τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν γενόμενοι τὴν χώραν ἡμῶν ἔτεμον τὴν πολλάκις τούτους σώσασαν καὶ τὴν πόλιν ἕτοιμοι κατασκάπτειν ἦσαν) novo quodam colore, ut ita dicam, fulget, cum referendus sit ad urbis Athenarum eversionem a Thebanis postulatam (a. 404; cf. Isocr. XIV 30/1). Praeterea quod Lesbonax ut et institueret et ornaret declamationem, saepissime usus est Plataïco Isocratis, quem ad res a. 373 gestas spectare notum est, haec ipsa res sententiam nostram fulcire videtur. Verisimile ergo est declamationis occasionem sumptam esse ex illa populi Atheniensium contione, quam fingit in Plataico Isocrates: hic Plataeensem quendam, Lesbonax Atheniensem loquentem facit.

Illam quoque editoris sententiam (p. 5) declamationem non nisi mutilam nobis servatam esse probare dubito. Vix agi puto de ‚insidiis vel pravitate oratorum'; potius orator suo ipsius consilio monere studet cives, ne semper eosdem duces sequantur. Praeterea autem acris enuntiatio diligentissime servata aliquo modo finem designare videtur; rhetor enim porro locuturus de oratorum pravitate, consilii verborumque vim plane deleret.

198. Cum Thebani Lacedaemonios bello superavissent et fere mos esset Graiis, cum inter se bellum gessissent, ut ii qui vicissent, tropaeum aliquod in finibus statuerent, victoriae modo in praesentia declarandae causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret, aeneum statuerunt tropaeum. accusantur apud **Amphictyonas**, id est apud commune Graeciae concilium. Cic. de inv. II 69.

Xen. Hell. VI 4, 15: οἱ μέντοι Θηβαῖοι μετὰ ταῦτα (i. e. pugnam Leuctricam) καὶ τρόπαιον ἐστήσαντο καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν; cf. n. 43 et 159.

199 a.* ὁ **Ἐπαμεινώνδας** θανάτου κρίνεται παρὰ τοῖς Θηβαίοις. Apsin. 305, 2 H, quod thema illustratur ea forma, quam invenimus apud Ciceronem:

199 b. . . . causa quae apud Graecos est pervagata, quod Epaminondas, Thebanorum imperator ei, qui sibi ex lege praetor successerat, exercitum non tradidit, et cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedaemonios funditus vicit . . . (accusatur). Cic. de inv. I 55.

Re vera Epaminondam talis criminis accusatum esse memoriae proditur Plut. Pel. 24/5; Nep. Epam. 7/8 alibi.

200. μετὰ τὰ ἐν Λεύκτροις πρεσβεύονται Λακεδαιμόνιοι καὶ Θηβαῖοι πρὸς Ἀθηναίους ἀξιοῦντες ἑκάτεροι βοηθείας τυχεῖν. **Χαβρίας** μὲν οὖν Θηβαίοις[1] βοηθεῖν συμβουλεύει, Λακεδαιμονίοις δὲ **Κόνων**, **Ἰφικράτης** οὐδετέροις. Sopater IV 765, 26 W.

Eandem historiae condicionem spectant quinque Λευκτρικοί (I or. 33—7 D) Aristidis, qui binas composuit orationes pro iuvandis post pugnam Leuctricam Lacedaemoniis aut Thebanis apud Athenienses habitas; quinta suasoria monentur Athenienses ut neutros adiuvent. — Nomina quae leguntur apud Sopatrum, in libris rerum scriptorum (Xen. Hell. VI 5, 19. 33 sq.; Diod. XV 63) non inveniuntur. Ex Atheniensibus scimus hac in re locutos esse Leptinem et Callistratum (cf. ASchaefer, Demosth. u. seine Zeit I² 1885, 84); Cono tum iam mortuus erat, ut docent Rauchenstein-Muenscher, Ausgew. Reden d. Isocr.⁶ Berlin 1908 ad Isocr. IV 154.

201. Libanius (VI decl. 24 F): νόμος ἐν Λακεδαίμονι τὸν εἴσω τριάκοντα ἐτῶν μὴ δημηγορεῖν. Θηβαῖοι τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην νικήσαντες πρέσβεις πρὸς Λακεδαιμονίους πεπόμφασι πόλεμον ἀπειλοῦντες, ἣν μὴ Μεσήνην ἀφῶσιν αὐτόνομον. λεγόντων ἀφεῖναί τινων **Ἀρχίδαμος** νέος ὢν ἔτι παραινεῖ τὸν πόλεμον δέξασθαι. πέπεικε. τροπὴ γέγονε τῶν δυσμενῶν καὶ γράφεταί τις παρανόμων Ἀρχίδαμον. μελετῶμεν τὸν Ἀρχίδαμον.

---

[1] Ἀθηναίοις cod.; correxi.

Ansam dedit Isocratis Ἀρχίδαμος vel Alcidamantis Μεσσηνιακός, cf. p. 436 adnot. 1 F.

202a. Qui vim in iudicio fecerit capite puniatur. Missus **Iphicrates** adversus Thracum regem, bis acie victus foedus cum eo percussit et filiam eius uxorem duxit. Cum Athenas redisset et causam diceret, visi sunt circa iudicium quidam Thracum cultu armati et ipse reus gladium strinxit. cum iudices citarentur ad iudicandum, palam absolutorias tulerunt sententias. accusatur quod vim in iudicio fecerit. Sen. contr. VI 5.

202b. Reus est Iphicrates quod vim iudicio fecerit, cum Cotyn Thracum regem in id adduxisset et gladio cinctus ipse venisset. Ps-Quint. decl. 386.

Si omittis alteram accusationem ut rhetorum additamentum, eadem leguntur apud Polyaenum (III 9, 15. 29).

13. Declamationes pertinentes ad Philippum eiusque tempora exceptis eis, in quibus oratores Attici nominatim afferuntur.

Ex re est hic commemorare Apthonii Φιλίππου ψόγον (I 93 W), quem scripsit respiciens ad Theopompi Φιλίππου ἐγκώμιον (Theo II 68, 26; 110, 31 Sp; AEKalischek, De Ephoro et Theopompo Isocratis discipulis. Diss. Monast. 1913, 20 sq.); cf. Diodorum, qui sub unum aspectum subiciens res gestas Philippi laudationem, ut ita dicam, composuit XVI 1, 3 sq.

203. τὸν Ἀθηναῖον ἰατρὸν δημοσίᾳ κρίνει τις, ἐπειδὴ τὸν ***Φίλιππον*** ἰάσατο ***νοσοῦντα.*** Marcell. IV 609, 4 W.

Thematis materiam praebuit fortasse Critobulus, qui medicus Graecus Philippo Methonam obsidenti Asteris sagittam (Plut. parall. 8; Ael. h. a. IX 7; Stob. VII 65; Suid. s. v. Κάρανος; alii) oculo extraxit vitamque servavit (Plin. n. h. VII 124).

204. νοσοῦντι τῷ Φιλίππῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς μὴ ἄλλως λῆξαι τῆς νόσου, εἰ μὴ ὑπὲρ αὐτοῦ εὔξαιντο Ἀθηναῖοι· ἀπέσταλκεν Ἀμφίπολιν διδούς, καὶ βουλεύονται. Apsin. 239, 8 H. Cf. n. 85.

205. ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι τοῖς φεύγουσιν **Ὀλυνθίων** πολιτείαν· εἰσιόντες ἐκεῖνοι πλεῖστα ἀνδράποδα βάρβαρα εἰσήγαγον· ἦν δὲ τὸ πρότερον ψήφισμα νικῆσαν τὸν εἰσάγοντα βάρβαρα ἀνδράποδα πλείω τῶν τριῶν ἐν δεσμωτηρίῳ εἶναι, ἔστ' ἂν ἐπιδείξῃ τοὺς ταῦτα βουλομένους ὠνήσασθαι· ἐπὶ τοῦ λιμένος τινὰς αὐτῶν ἐνέβαλον τῷ δεσμωτηρίῳ, οἱ λοιποὶ ἀνέζευξαν καὶ κρίνονται. Sopater V 202, 1 W[1].

Thema unde petitum sit nescio; eo magis mirum videtur, quod aliis ex locis apparet Athenienses comiter illos Olynthios fugientes recepisse (Aristid. I or. 38 p. 715 D; Suid. s. v. Κάρανος).

206. ἔπεμψε Φίλιππος στέφανον τῇ θεῷ μετὰ Ὄλυνθον (καὶ ἐξετάζεται). Apsin. 255, 20 H.

Ex Apsinis verborum contextu thema interpretor hoc modo: Philippus Graecis corona missa subdole in incerto reliquit, cui deae donum destinatum esset, ut Graeci (Athenienses respicientes ad Minervam, Lacedaemonii ad Dianam?) certantes de hoc honore se ipsos debellarent. Argumentum vana est fictio.

206 A. (εἰ συμφέρει) Φιλίππῳ συμμαχῆσαι Θηβαίοις ἐπὶ Φωκέας. Dio or. XXII 3.

207. Ἀθηναῖοι μετὰ τὴν **Φωκίδος** κατασκαφὴν οὐκ ἔπεμψαν τὴν θεωρίαν εἰς Δελφοὺς καὶ κρίνονται ἀσεβείας. Marcell. IV 248, 13 W.

Re vera Athenienses pompam omisisse scimus ex Demosth. XIX 128; qua ex narratione accusatio a rhetoribus fingitur.

208. Aristides (decl. 38/9): Φιλίππου δίοδον αἰτοῦντος παρὰ Θηβαίων ἐπ' Ἀθηναίους ἥκουσιν Ἀθηναῖοι ἑκόντες ἑαυτοὺς εἰς συμμαχίαν διδόντες.

Fingitur oratio, qua Demosthenes (aliusve legatorum Atheniensium?), cuius suasu (cf. XVIII 178) legatio anno 338 missa esset, repugnans Pythoni (qui aeque atque apud Diodorum hoc loco falso commemoratur, cf. Schaefer l. a. II² 375) animos Thebanorum inflammaverit, ut societatem cum Atheniensibus

---

[1] Afferre liceat huc aliud thema (Ps-Quint. decl. 292), quod quamquam desunt certa nomina, tamen ad certas rerum condiciones spectare videtur: ‚Victis Olynthiis cum ab Atheniensibus publice dividerentur hospitia, specioso puero quidam obtulit hospitium, ille se postero die suspendit; accusatur hospes, quod causa mortis fuerit'; quocum cohaeret Senecae controversia (III 8): Olynthius pater reus concursus.

inirent (Aeschin. III 84; Diod. XVI 85; Plut. Dem. 18; Iustin. IX 3).

209. ἐψηφίσαντο οἱ Ἕλληνες πόλεμον κατὰ Φιλίππου· πέπομφεν ἀνοικιεῖν τὰς πόλεις ὑπισχνούμενος καὶ βουλεύονται. Apsin. 239, 11 H.

Declamationis occasio petita est ex orationibus Demosthenicis, ubi compluribus locis commemoratur Philippi promissum se Plataeas et Thespias restituturum esse (V 10; VI 30; XIX 112; 325).

210.* Lollianus (Philostr. v. s. p. 39, 29 K): οἱ Ἀθηναῖοι ἀπορίᾳ χρημάτων βουλευόμενοι πωλεῖν τὰς **νήσους**.

Respiciuntne rhetores ad factum belli Atheniensium cum sociis gesti (357—5) vel Philippici?

211.* Polydeuces (Philostr. v. s. p. 96, 25 K): οἱ νησιῶται οἱ τὰ γένη πιπράσκοντες ἐς τὴν ἀπαγωγὴν τῶν φόρων (κρίνονται?).

212. πωλοῦσι τὰ τέκνα οἱ νησιῶται καὶ γράφει τις παρὰ Ἀθηναίοις ἐπανεῖναι τὸν φόρον. Hermog. 108, 1 R; cf. Matth. Cam. VI 632, 13 W.

213. Aristides (Philostr. v. s. p. 89, 17 K): οἱ παραιτούμενοι τὰς σπονδὰς μετὰ τὸ κτεῖναι τὰ γένη.

Thematum (211—213) argumenta attribuenda sunt Philippi aut illis temporibus, quibus Antipho Σαμοθρᾳκικόν et περὶ Λινδίων φόρου orationes habuit.

214. ἔγραψεν ὁ **Ἀριστοκράτης** τὸ περὶ τοῦ Χαριδήμου ψήφισμα, ἀποστάσης Χερρονήσου κρίνεται. Apsin. 230, 19 H.

Ansam praebuit Demosthenis Aristocratea (XXIII 100—106), ubi orator docet quae futura sint, si Charidemi rogationem (‚ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀθηναίων συμμαχίδος· ἐὰν δέ τις τὸν ἀγόμενον ἀφέληται ἢ πόλις ἢ ἰδιώτης, ἔκσπονδος ἔστω‘ Liban. hypoth.) probaverint Athenienses.

215.* **Φρύνων** προαγωγείας κρίνεται. Sopater V 75, 18 W.

Demosth. XIX 230: καὶ ὁ μὲν τὸν υἱὸν ἔπεμψε Φιλίππῳ, πρὶν ἐς ἄνδρας ἐγγράψαι, ὁ μιαρὸς Φρύνων. cf. n. 142 et 271.

216. ***Φιλοκράτης*** ἐκμισθώσας τὰς Ὀλυνθίας γυναῖκας καὶ ἀναγκάζων φέρειν ἑαυτῷ τὸν μισθὸν δημοσίων ἀδικημάτων φεύγει. Marcell. IV 164, 1 W.

Talis sceleris arguitur Philocrates apud Demosthenem (XIX 309 cf. 229).

217. μετὰ τὰ ἐν ***Χαιρωνείᾳ*** χρωμένοις περὶ τῆς ἥττης ἔχρησεν ὁ θεὸς ἡγεμόνων κακότητι γεγενῆσθαι τὴν ἧτταν, καὶ ἀντιπροβάλλονται ἀλλήλους οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ῥήτορες. Syrian. II 124, 7 R.

Demosthenes (XIX 298) commemorat oraculum quo Apollo suaserat Atheniensibus ut duces caverent, neque est dubium, quin inde declamationis materia sumpta sit.

218. Isaeus sophista (Philostr. v. s. p. 27, 16 K) κατηγορῶν τοῦ Βυζαντίου ***Πύθωνος,*** ὡς δεθέντος μὲν ἐκ χρησμῶν ἐπὶ προδοσίᾳ, κεκριμένης δὲ τῆς προδοσίας, ὡς ἀνέζευξεν ὁ Φίλιππος . . .

Fortasse hic, ut alibi, confunditur Pytho cum Leonte Byzantio, de quo narrantur (Suidas s. v. Λέων), quae aliquo modo hac cum declamatione coniungi possint; cf. CLKayser, Fl. Philostr. vit. soph., Heidelb. 1838, 243.

219. ὁ Πύθων μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτὴν κρίνεται τῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἀδικημάτων. Apsin. 231, 17 H.

Demosth. XXIII 127 refert Pythonem Byzantium, qui Cotyn Thracum regem de medio sustulerat, primum civitatem petisse ab Atheniensibus, postea pro beneficiis acceptis meritam gratiam non rettulisse; quibus verbis nitebantur declamatores ut accusationem fingerent.

220. ***Ἀριστογείτων*** ἐν σπάνει χρημάτων γράφει νόμον παρ' Ἀθηναίοις μισθοῦ μυεῖσθαι. Syrian. IV 183, 19 W (ἀντιλέγει τις Apsin. 249, 3 H).

Aristogito ille scelestissimus ne a mysteriis quidem abstinet; cf. n. 60 et 79. Eadem res accusationi quoque materiam praebebat:

221. ἐν σπάνει χρημάτων ἔγραψεν ὁ Ἀριστογείτων μισθοῦ μυεῖν καὶ κρίνεται. Apsin. 247, 7 H.

222. Libanius (VI decl. 15/6 F): νόμος καλοῦ βίου γέρας εἶναι καὶ ἀμφισβητοῦσι πρὸς ἀλλήλους ***Κέφαλος καὶ Ἀριστοφῶν.***

Eadem de materia, in rhetorum scriptis non raro commemorata (v. Foersterum in edit. p. 110 adnot. 3) Polemo quoque declamabat (Sopater VIII 3 W). Petita est occasio ex Aeschine (III 194); de lege fortasse iuvat inspicere praeter ea quae adnotavit Foerster l. c. Xenophontem (resp. Lac. 10) ἐπὶ γὰρ τῷ τέρματι τοῦ βίου τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας προσθεὶς ἐποίησε (Λυκοῦργος) μηδὲ ἐν τῷ γήρᾳ ἀμελεῖσθαι τὴν καλοκἀγαθίαν.

223. ἀσεβείας κρινομένη ἡ **Φρύνη.** Anonym. RG I² p. 390, 17 Sp-H.

Accusatio Phrynes hic fingitur, quam Hyperidem defendisse inter omnes notum erat.

224. Libanius (VI decl. 25 F): ἐν Κορίνθῳ γέγονεν ἑταίρα τις εὐπρεπὴς *Λαῒς* ἐραστὰς πολλοὺς ἐπισπωμένη τῷ κάλλει. ἐντεῦθεν πολλῆς ὑποφθειρομένης νεότητος γράφει τις ἀπελαύνειν τῆς πόλεως Λαΐδα. ἔπεισε. μετὰ ταῦτα πολλῶν κατὰ τὴν πόλιν γινομένων μοιχῶν καὶ νόμου κειμένου τὸν λαμβανόμενον ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχὸν ἀποκτίννυσθαι πολλοὶ τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου ζημίαν ὑπέμενον. καὶ γράφει τις Λαΐδα πάλιν κατάγειν ἑτέρου τινὸς ἀντιλέγοντος.

Nomen proprium Laidis minoris celeberrimae hac in declamatione insertum est thesi, quam nobis tradidit Anonymus quidam (VIII 409, 13 W) ῥήτωρ ἔπεισε τὴν πόλιν ἐκδιωχθῆναι τὰς ἑταίρας· μοιχειῶν πολλῶν γινομένων ψηφίζεται πάλιν ἀνακομισθῆναι αὐτάς, καὶ κρίνεται ὡς τὴν πόλιν ἀδικήσας. Quales theses ut fingerentur, ansam dederunt meditationes similes atque eae quas praebet Dio Chrys. VII 133 sq.: an lupanaria civitati utilia sint.

14. Isocrates, Demades, Hyperides.

Isocrates:

225. Aristides (Philostr. v. s. p. 89, 13 K): ὁ Ἰσοκράτης ὁ τοὺς Ἀθηναίους ἐξάγων τῆς θαλάττης.

Isocr. VIII 64: ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι καὶ τὴν πόλιν ἡμᾶς ἄμεινον οἰκήσειν καὶ βελτίους αὐτοὺς ἔσεσθαι καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς πράξεις ἐπιδώσειν, ἢν παυσώμεθα τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν ἐπιθυμοῦντες. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ καὶ νῦν εἰς ταραχὴν ἡμᾶς

καθιστᾶσα καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐκείνην καταλύσασα, μεθ' ἧς οἱ πρόγονοι ζῶντες εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν καὶ σχεδὸν ἁπάντων αἰτία τῶν κακῶν, ὧν αὐτοί τ' ἔχομεν καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν.

226. Aristidis ἀντιρρητικὸς τῆς εἰρήνης.

Argum. ad Isocr. VIII: μερίζει (Isocrates) τὸν λόγον εἰς δύο, ἓν μὲν τὸ καὶ τοὺς Χίους καὶ τοὺς ἄλλους ἐᾶσαι αὐτονόμους, ἓν δὲ τὸ ἐᾶσαι τὴν ἡγεμονίαν τὴν κατὰ θάλατταν. κατὰ τοῦτο δὲ τὸ μέρος λέγεται Ἀριστείδης ἐπαφεῖναι τὸν ἀντιρρητικὸν τῆς εἰρήνης.

227. ὁ Ἰσοκράτης κριθεὶς σιωπῆς ἀπέφυγεν ὑποσχόμενος πολιτεύσεσθαι, καὶ γράψας ἀφίστασθαι τῆς θαλάττης πάλιν κρίνεται. Apsin. 222, 13 H.

Notum est Isocratem ipsum publice nunquam dixisse, qua de causa fortasse fingitur accusatio σιωπῆς; neque abhorret a re commonefacere de thesibus similia spectantibus: ῥήτορι πάντα νικῶντι ἐψηφίσατο ἡ πόλις σιωπᾶν· ὁ δὲ παιδεύειν ἤρξατο τῇ αὐτοῦ τέχνῃ πολλοὺς καὶ κρίνεται ὡς τὸ τῆς πόλεως ψήφισμα παραβαίνων (VIII 408, 1 W); ῥήτωρ ἐπὶ τῷ πάντα νικᾶν ἐκελεύσθη σιωπᾶν διὰ ψηφίσματος· ἐκδίδωσι τοῖς κρινομένοις λόγους καὶ εὐθύνεται ὡς παραβαίνων τὸν νόμον (VIII 411, 1 W).

Demadis quae fuerit auctoritas in declamatorum gymnasiis, apparet ex his anonymi cuiusdam verbis (III 610, 18 W): πέμπτη (ῥητορικὴ) ἡ κολακευτική, ἧς ἡγήσατο Δημάδης καὶ Ἀριστόβουλος. Semper est Demostheni inimicissimus. — Cum certis probetur testimoniis (Cic. Brut. 36; Quint. inst. II 17, 13; XII 10, 49) scripta illum non reliquisse, orationes quarum novimus fragmenta (ed. FBlaß in Dinarchi ed. altera Lps. 1888; Haupt, Excerpte aus d. vollst. Rede d. Demades περὶ δωδεκαετίας in Hermae vol. XIII 1878, 489 sq.) et titulos (quos ex Laurentiano quodam enucleavit RSchoell, Zu Demosthenes und Demades in Hermae vol. III 1868, 274 sq.) subdita esse omnibus hodie persuasum est (coll. n. 228—41); ipsi tituli in incerto non relinquunt declamationum scholasticarum themata nobis tradita esse, cum —

excepta ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας oratione — satis inepte ficta sint argumenta ad orationes Demosthenis, id quod singula persequens ostendit FrBlass, Att. Bereds. III 2², 270:

228. ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας (cf. Suid. s. v. Demades: ἔγραψεν ἀπολογισμὸν πρὸς Ὀλυμπιάδα τῆς ἑαυτοῦ δωδεκαετίας).

Declamationis, qua Demades duodecim annos in re publica versatus ob ea, quae hoc spatio acciderint, se defendit, inscriptio singularis mirationem movet, si quis spectat ad alia scholasticarum themata; hanc tituli formam fictam esse ad Demetrii Phalerei περὶ τῆς δεκαετίας orationem (Diog. Laert. V 81) verisimile est.

229. πρὸς τὴν εἰς Ὄλυνθον βοήθειαν (cf. Suid. s. v. Demades).

230. πρὸς Χερρονησίτας.

231. ὑπὲρ Φιλίππου ὡς οὐ χρῆ πολεμεῖν.

232. πρὸς τοὺς Ὀλυνθίων πρέσβεις.

233. ἐναντίος Ἁλονησίταις (quam orationem legit Tzetzes, Chil. VI 118).

234. κατὰ τῆς εἰς Ὄλυνθον βοηθείας.

235. πρὸς Δημοσθένην πρὸς τὸν κατὰ Φιλίππου.

236. πρὸς τὸν κατὰ (περὶ coniec. Blass) τῆς εἰρήνης.

237. ἐναντίος τοῖς ἐν Μεσσήνῃ.

238. ὑπὲρ τῆς Φιλίππου ἐπιστολῆς.

239. πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς συντάξεως.

240. κατὰ συμμάχων.

241. κατὰ Ἁρπάλου.

Dionys. de Din. c. 11 p. 660 commemorat Dinarchi orationem ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐκδοῦναι Ἅρπαλον Ἀλεξάνδρῳ atque addit: τὸ γ'οὖν ἠλίθιον καὶ σοφιστικὸν εὕροι τις ἂν ἐν αὐτῷ πολύ.

242. Δημάδης πρεσβεύσας παρὰ τὸν Φίλιππον, καὶ ἐρομένου ποταπαί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι τοῦ Μακεδόνος, ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτὰς κατέγραψεν καὶ ἐπανελθὼν ὕβρεως κρίνεται. Hermog. 102, 15 R.

Unde thema petitum sit nescio; quod si res veras respicit, ad legationem post pugnam Chaeronensem missam referri posse puto.

243. Δημάδης ῥήτωρ τὸν υἱὸν μειράκιον ὡραῖον / λίχνον καὶ ἀσωτεύοντα πρὸς Φίλιππον ἐκπέμπων / ἀπολαβών τε πλούσιον κρίνεται κακοῦ βίου. Ioh. Tzetz. III 677, 12 W.

Eadem Demadi crimini dantur apud Suidam s. v. Demades et Maximum Planudem (V 377, 12 W), cf. Tzetz. Chil. VI 17; fortasse hic Demades confunditur cum Phrynone, cf. n. 215.

244. Hippodromus (Philostr. v. s. p. 119, 32 K): ὁ Δημάδης ὁ μὴ ξυγχωρῶν ἀφίστασθαι Ἀλεξάνδρου ἐν Ἰνδοῖς ὄντος.

Demades dissuadet ea, quae proposuerat Demosthenes, cf. n. 320.

245 a. Δημοσθένει φεύγοντι ἐγράφη καθόδου ψήφισμα· Δημάδης ἀντείρηκεν, οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ἐψηφίσατο· κατιὼν Δημοσθένης εὕρηται νεκρὸς ἀσκύλευτος καὶ κρίνεται Δημάδης φόνου. Sopater VIII 14, 24 W.

245 b. ἐγράφη φυγῆς ψήφισμα Δημοσθένει, Ὑπερείδης περὶ καθόδου συνεβούλευσε, Δημάδης ἀντεῖπεν, ἡττήθη, εὕρηται Δημοσθένης νεκρὸς ἀσκύλευτος καὶ κρίνεται Δημάδης φόνου. Syrian. II 85, 15 R.

De Hyperidis suasu vel Demadis dissuasu nihil est traditum; sed cum alii (cf. n. 328), tum Demades tali in fictione coniecturali accusationi maxime idonea appellari potuerunt, quippe qui Demosthenis supplicium postulavisset, cf. Plut. Dem. 28: ὁ δῆμος αὐτῶν (i. e. Demosthenis aliorumque) θάνατον κατέγνω Δημάδου γράψαντος. — Eandem fictionem respicere puto ea quae haud feliciter verbis expressa sunt apud Sopatrum (V 130, 1 W): Δημοσθένει Δημάδης ἀντειπὼν οὐκ ἔπεισεν· ηὕρηται κατιὼν ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς χώρας Δημοσθένης νεκρὸς ἀσκύλευτος καὶ κρίνεται Δημάδης.

246. Anonymi πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Ἀλεξάνδρου. (Oxyrh. Pap. II 1899, 33 n. 216 = Jander l. c. 33.)

Historicae condiciones diligentius circumscribi possunt quam usque ad hoc tempus factum est. Est enim Alexandri

epistula, qua sibi rhetores Atheniensium (vel Harpalum? cf. n. 241) tradi iusserat, nam ni ita fieret, se bellum illis illaturum esse; atque fingitur dicens Demades, ut mihi quidem persuasum est: mire consentiunt fragmenti cogitationes, quantum tali in centone fieri potest, cum Demadis orationibus apud Ps.-Callisthenem II 2 vel potius apud Val. Maximum II 7 declamatis.[1]

Hyperidis memoria optima erat in scholis; plerumque Demosthenem amicum adiuvans vel servans affertur, attamen haerebat in memoria hominum illum ipsum amicum postea accusavisse:

247.* Φίλιππος εἰκόνα ἀνέστησε Ὑπερίδῃ καὶ κρίνεται Ὑπερίδης προδοσίας. Sopater V 55, 4 W. Cf. n. 94 et 260.

248. Αἰσχίνης καὶ Δημοσθένης etc. ut in n. 274 usque ad voces ἀπολογίαν γράφων: καὶ Ὑπερίδης ἀμφοτέρων κατηγορεῖ. Sopater IV 317, 21 W.

Hyperides, ut erat notissimus orator illius temporis praeter Aeschinem et Demosthenem, saepe talibus problematis affixus est, etiamsi re vera nihil ei erat cum re; cf. n. 256.

249. Philostr. v. s. p. 93, 5 K: ὁ Μάρκος προύβαλεν αὐτῷ (sc. Ἀδριανῷ) τὸν Ὑπερείδην τὸν ἐς μόνας ἐπιστρέφοντα τὰς Δημοσθένους γνώμας, ὅτε δὴ ἐν Ἐλατείᾳ Φίλιππος ἦν.

Tum rhetorem Demosthenem adiuvisse non constat, verisimile autem est; hoc thema ex libidine ut puto (cf. n. 127) dilatatum est:

250. ὁ Ὑπερείδης γράψας ἔπεισε μόνῳ χρῆσθαι συμβούλῳ Δημοσθένει ἐν Ἐλατείᾳ ὄντος Φιλίππου, εἶτα γράφει καὶ φρουρὰν αὐτῷ διδόναι. Apsin. 219, 1 H.

251. Himerius (ecl. 1): Ὑπερείδης ὑπὲρ Δημοσθένους. Declamationis condicio eadem est atque in n. 297.

252. Libanius (VI decl. 18 F): νόμος τὸν ξενίας ἁλόντα πιπράσκεσθαι· ἑάλω ξενίας ὁ Δημοσθένης· ἔπεμψε Φίλιππος ὠνούμενος αὐτόν· γράφει Δημάδης διδόναι, Ὑπερίδης δημόσιον εἶναι.

[1] Quae si recta sunt, licet fortasse restituere I v. 10: ἐκ⟨διδομένων τούτ⟩ων.

Accusatio fingitur ob ea, quae saepe rhetores opprobrio dant Demostheni ὅτι οὐκ ἦν ἐπιχώριος οὐδ' ἐγγενής (Aeschin. II 22), quae testimonia collegit Foerster in edit. p. 245 adnot. ad v. 14. — Idem thema iam ante Libanium notum erat, cf. Apsin. 336, 18 H, ubi pergit auctor v. 20 ἐνταῦθα εἰσάξεις τὰ ὑπὲρ Δημοσθένους καὶ ἐπιδείξεις ἄξιον ὄντα αὐτὸν καὶ ἐλευθερίας, οὐ μόνον τοῦ δουλείας ἀπηλλάχθαι.

253. *μετὰ Χαιρώνειαν* Ὑπερείδης γράφει τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιεῖν. Apsin. 234, 9 H.

Hyperidem re vera huiusmodi orationem habuisse testantur praeter alios Lyc. Leocr. 41; Ps-Demosth. XXVI (Aristog. II) 11.

254. πολλῶν πολεμίων τῇ τῶν Ἀθηναίων πόλει ἐπισκηψάντων καὶ συμφορῶν προκειμένων οὐ μικρῶν, ἔγραφεν Ὑπερίδης τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους εἶναι καὶ γράφεται τοῦτον παρανομίας Ἀριστογείτων. Anonym. RG VII 781, 20 W.

Declamabatur hic Hyperidis apologia; Aristogitonis enim oratio re vera habita est, cuius fragmenta invenias apud Sauppium OA II 310; cf. Jander l. l. 15 sq.

255. ὁ Ἀριστογείτων ὁ ἡττηθεὶς τὴν τῶν παρανόμων γραφὴν καὶ ἀξιῶν ἐπίτιμος εἶναι. Sopater IV 256, 23 W.

Suid. s. v. Ἀριστογείτων· . . . Ὑπερίδην δὲ ἐγράψατο παρανόμων ἐπὶ τῷ μετὰ Χαιρώνειαν ψηφίσματι καὶ οὐχ εἷλεν.

256. πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους etc. ut in n. 312 usque ad vocem Φιλίππῳ· ἀποφαινομένων περὶ συμμαχίας ἑκατέρων γνώμας Ὑπερίδης γράφει μηδ' ἑτέρῳ συμμαχεῖν. Syrian. IV 708, 10 W.

Cf. quae adnotavi ad n. 248 et 312.

257. Δημοσθένης ἐπὶ τοῖς Ἁρπαλείοις χρήμασιν ἑάλω καὶ ὁ μὲν Ὑπερείδης αὐτῷ τιμᾶται φυγῆς, ὁ δὲ ἀποθνήσκειν αἱρεῖται. Apsin. 331, 14 H. Cf. n. 325.

258.* συμβουλεύει Ὑπερίδης τιμᾶν Ἰόλαν τὸν δοκοῦντα Ἀλεξάνδρῳ τὸ φάρμακον δοῦναι. Ps-Plut. vit. X orat. (Ὑπερείδης) p. 849 F.

Thema decerptum est ex Hyperidis vita (cf. Phot. Bibl. 496, 2 B) ἐψηφίσατο δὲ (Hyperides) καὶ τιμὰς Ἰόλᾳ τῷ δοκοῦντι Ἀλεξάνδρῳ τὸ φάρμακον δοῦναι. Cognovit enim FGKießling (Lycurgi

frg. ed., Hal. Sax. 1847, 147) declamationis rhetoricae thema hic falso in descriptionem vitae delapsum esse: rhetor iam mortuus erat, cum rumor de Iolai facinore dissiparetur (cf. Plut. Alex. 77; Arrian. VII 27; Curt. X 4 alios). Tyrannicidae autem factum impulit declamatores ut illi honores deferrent, qui similia atque Harmodius et Aristogito confecerat; quare tempus, quo fama orta est, neglegentes finxerunt Hyperidem rogantem, quem solum Demosthene exsule talia ausurum fuisse existimabant.

15. Aeschines et Demosthenes

longe plurima declamationum themata praebuerunt inter omnes viros qui afferuntur in ludis rhetorum; quod mirum non est, cum sescenties quovis in oratorio libro τοῦ ῥήτορος laudentur orationes vel propter rationes rerumque expositionem vel propter elocutionem. Et ut re vera temporibus rebusque gestis cum Demosthene quasi copulatus erat Aeschines, ita apud declamandi magistros hic tamquam umbra illum sequitur, quam ob rem themata quae spectant ad Aeschinem, a Demosthene segreganda non sunt. — In Demosthene elucet rhetores dedisse operam ut condiciones quam maxime periculosas fingerent, quibus divinae dicendi eius facultati satisfieret:

259. παρίστατό τις ἐπ' ἐρημίας νεοσφαγεῖ σώματι, ἀπόδειξιν μὲν οὐδ' ἥντινα ἔχει τοῦ γεγενῆσθαι τὸν φόνον, ὥσπερ εἰ Δημοσθένης παρίστατο . . . (καὶ κρίνεται) Sopater IV 88, 2 W.

Talia proposita (cf. e. g. ἐξετάζεται Δημοσθένης εἰ εὔνους ἐστὶ τῇ πόλει IV 343, 24 W) finguntur, quoniam occasionem discipulis offerunt demonstrandi, quantum in historia et rerum cognitione profecerint; ex vita enim moribusque hominis ostenditur an verisimilis sit illius accusatio. Cf. n. 163.

260. Φίλιππος εἰκόνα ἀνέστησε Δημοσθένει καὶ κρίνεται Δημοσθένης προδοσίας. Sopater V 54, 32 W.

Demosthenis persona illustratur thesis: εὐδοκιμοῦντος ἐν πόλει ῥήτορος πολέμιοι εἰκόνα ἀνέστησαν καὶ κρίνεται προδοσίας. Sopater l. c; cf. n. 94 et 247.

261. παρὰ Δημοσθένει εὑρέθη εἰκὼν Φιλίππου καὶ κρίνεται προδοσίας. Max. Plan. V 242, 3 W.

Severi nobis tradita est ethopoeia (I 539 sq. W) τ. ἀ. ε. λ. Αἰσχίνης, εὑρὼν παρὰ Δημοσθένει εἰκόνα Φιλίππου.

262. Aristides (or. 53 D): πρὸς Δημοσθένη **περὶ ἀτελείας.**

Oratio fingitur ad Demosthenis Leptineam (XX).

263. Aristides (or. 54 D): πρὸς Λεπτίνην περὶ ἀτελείας.

Sophista praeposterus concertavit cum ipsa oratione Demosthenis tradita similiter atque cum Isocratis (n. 225) et Antiphontis (n. 163).

264. ἔθηκεν ὁ Λεπτίνης τὸν νόμον (περὶ ἀτελείας), οὐ πέμπει τὸν σῖτον ὁ Λεύκων καὶ κρίνεται ὁ Λεπτίνης. Apsin. 252, 16 H.

Idem thema declamavit Lollianus (Philostr. v. s. p. 39, 22 K, cf. p. 103, 30) κατηγορῶν τοῦ Λεπτίνου διὰ τὸν νόμον, ἐπεὶ μὴ ἐφοίτα τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος. — Demosthenes (XX 30 sq.) describit quae fieri possint rogatione Leptinis probata, rhetores ea evenisse re vera fingunt.

265. Εὔβουλος ἐγράψατο Ἀρίσταρχον ἐπὶ τῷ **Νικόδημον** πεφονευκέναι· πρὸ τῆς δίκης ἔφυγεν Ἀρίσταρχος καὶ κρίνεται Δημοσθένης συνειδότος. Sopater VIII 42, 10 W.

Ipse Demosthenes in Midiana (XXI 104 sq., 110, 114, 120, 122; cf. Aeschin. I 171 sq.) narrat se a Midia hoc ob scelus in suspicionem vocatum esse, sed illi Demosthenem criminanti fides denegabatur.

266.* πρεσβεύει Δημοσθένης· ἐδολοφονήθη Νικόδημος[1] καὶ κρίνεται Δημοσθένης. Sopater V 70, 22 W.

In argumento temere ficto, legationem enim mentitus est thematis auctor, ostendi debet an Demosthenes absens ab urbe, cum interfectus est Nicodemus, accusari possit; quo themate quae et in accusatione et in defensione dicenda sint, congerendi occasio datur.

[1] emendavi; Δημόνικος in codice. Nomen ex Midiana restituendum est, cum forma nominis similitudine (Δημοσθένης = Δημόνικος) corrupta sit.

267a. γραψάμενος δημοσίων ἀδικημάτων Δημοσθένης **Μειδίαν** καὶ ἑλὼν κρίνει αὐτὸν καὶ ὕβρεως. Max. Plan. V 357, 22 W.

267b. ὁ Μειδίας ἐκράτησε τοῦ Δημοσθένους τὸν περὶ τῆς ἀσεβείας εἰσελθόντος λόγον, καὶ μετὰ ταῦτα Δημοσθένης ὕβρεως αὐτὸν ἐγράψατο, καὶ Μειδίας παραγράφει κατὰ τὸν νόμον τὸν περὶ τῶν αὐτῶν δὶς κρίσιν εἶναι κεκωλυκότα. Apsin. 221, 17 H.

Demosthenem reconciliatum esse Midiae scimus (Aeschin. III 52; Plut. Dem. 12). — Declamationum occasio sumpta est ex Demosthenis oratione (XXI 51 sq.), ubi disserit orator et ὕβρεως et ἀσεβείας accusandum esse Midiam.

268. νόμος τὸν καθυφέντα ἱερῶν δίκην ἄτιμον εἶναι· Δημοσθένης διαλυσάμενος πρὸς Μειδίαν ὑπάγεται τῇ ἀτιμίᾳ. Sopater V 162, 9 W.

Cf. quae adnotavi ad n. 267; lex vana fictio est.

269. Δημοσθένης **παρὰ Φιλίππῳ** λέγων **πρεσβείαν** ἐξέπεσε καὶ κρίνεται ὑπ' Αἰσχίνου δειλίας. Max. Plan. V 309, 21 W; cf. Heliodori declamationem (Philostr. v. s. p. 125, 4 K).

De fortuna illa sinistra, qua usus est Demosthenes in legatione priore, narratur apud Aeschinem (II 34/5).

270. νόμος τὸν προσκτησάμενον πόλιν αἰτεῖν δωρεάν· Δημοσθένης ἔπεισεν Ἀμφίπολιν ἀποδοῦναι τὸν Φίλιππον καὶ αἰτεῖ δωρεάν. Sopater V 88, 32 W.

Demosthenis legationem priorem hic respici puto (cf. Philostr. v. s. p. 22, 20 K: ὁ ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως ἐπὶ τοῦ Φιλίππου λόγος, ὅτε δὴ ἐξέπεσε τοῦ λόγου ὁ Δημοσθένης), in qua illum de Amphipoli locutum esse concluditur ex Dem. XIX 253; Aeschin. II 21; 48. Constat autem Demosthenem nihil valuisse hac in re (Dem. VI 17; Philostr. v. s. p. 72, 29: (Δημοσθένης) ἥκων Ἀθήναζε τιμὰς προσῄτει καὶ στεφάνους ἀπολωλυίας Ἀθηναίοις Ἀμφιπόλεως; v. Schaefer l. l. II^2 205).

271. ἐπρέσβευσε Φρύνων περὶ εἰρήνης πρὸς Φίλιππον· ἐσπείσατο τὸν παῖδα ὡραῖον ἐκεῖ καταλιπών· ἐγράψατο αὐτὸν προαγωγείας ἐπανελθόντα Δημοσθένης· εἷλεν, ἔλυσε τὴν εἰρήνην Φίλιππος καὶ κρίνεται Δημοσθένης δημοσίᾳ. Marcell. IV 238, 1 W.

Fictiones ineptissimae, praeterquam quod Phryno Philippo filium reliquisse dicitur, cf. n. 215.

272. πρεσβεύων Αἰσχίνης παρὰ τὸν Φίλιππον ἐτραγῴδησε, νενίκηκεν, ἐστεφάνωται, καὶ κρίνεται παραπρεσβείας ὑπὸ Δημοσθένους. Hermog. 95, 23 R.

Finibus Phocensium expugnatis Philippus ad victoriam celebrandam convivium exstruxit, cui interfuit Aeschines (Dem. XIX 128: οὗτος εἰς τἀπινίκια τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ πολέμου, ἃ Θηβαῖοι καὶ Φίλιππος ἔθυον, εἱστιᾶτ' ἐλθὼν καὶ σπονδῶν μετεῖχε καὶ εὐχῶν . . ., cf. Aeschin. II 162). Thema vero fictum esse apparet quia Aeschinem antea fabulas egisse notum erat ex Demosthene (e. g. XIX 246 sq.).

273. Αἰσχίνης καὶ Δημοσθένης ἀπὸ τῆς παρὰ Φίλιππον ἥκοντες πρεσβείας ἀντεγκαλοῦσι δώρων ἀλλήλοις, ἐπειδὴ ὁ μὲν χρυσίον εὕρηται κατορύττων ὁ Δημοσθένης, ὁ δὲ ἀπολογίαν παραπρεσβείας γεγραφὼς ὁ Αἰσχίνης. Hermog. 55, 13 R.

An spectaverint rhetores ad alteram Demosthenis Aeschinisque legationem, qua peracta Aeschines orationem habuit apud plebem (Dem. XIX 19 sq.)? Demosthenem autem in suspicionem vocant recordati verborum istius frustra tum Philippum dedisse operam dicentis, ut ipsum corrumperet (XIX 166—8; 222). — Minimi momenti esse puto quod eadem narrantur de Demosthene et Lycurgo apud anonymum quendam (VII 366, 16 W), quem incuria peccavisse verisimile est. (Demosthenem una cum Lycurgo aliisque legationis causa in Peloponnesum profectum esse a. 344 scriptum videmus Dem. IX 72, ubi vero Lycurgi nomen non nisi in codicibus Aγρ Υ³mg legitur). — Quo cum themate coniungendum est hoc:

274. ἀπολλυμένου χρυσίου ἐξ ἀκροπόλεως εὑρέθη Δημοσθένης λόγον ὑπὲρ *ἱεροσυλίας* γράφων καὶ Αἰσχίνης ἐπ' ἐρημίας κατορύττων χρυσίον καὶ ἀντεγκαλοῦσιν ἀλλήλοις. Sopater VIII 19, 17 W.

Hic de Harpali pecuniis cogitandum esse suspicor; condiciones finguntur ad analogiam thematis 274. Eadem materia tractatur hoc in proposito:

275. ὁ γράφων Δημοσθένης ὑπὲρ ἱεροσυλίας λόγον (κρίνεται). Syrian. II 79, 19 R.

276. τοὺς φυγάδας τῶν Ὀλυνθίων ὑπεδέξαντο Ἀθηναῖοι, ἐστράτευε Φίλιππος, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς Φωκέων, καὶ αὖθις ἐπεστράτευσε, καὶ γράφει τις νόμον μηδένα δέχεσθαι. ἤγουν γράφει Αἰσχίνης νόμον μηδενὶ βοηθεῖν, ὃς ἂν μὴ πρότερον βεβοηθηκὼς ᾖ. Sopater V 181, 12 W.

Et Olynthiorum (Suid. s. v. Κάρανος) et Phocensium (Aeschin. II 142) fugitivos Athenis receptos esse satis constat; de ceteris rebus, quae leguntur in proposito, nihil erui potest.

277. νόμος τὸν ἡταιρηκότα μὴ λέγειν· **Τίμαρχος** ἁλοὺς ἑταιρήσεως διδάσκει παῖδας καὶ ὑπάγεται τῷ νόμῳ. Sopater V 82, 32 W.

Timarchum magistrum fuisse nusquam traditur; infamia notatus ipse mortem sibi conscivisse dicitur (vit. X or. 841 A). Thematis ficti fundamentum puto ea quae sunt apud Demosthenem (XIX 285): ἵνα τοίνυν εἰδῆθ' ὅτι (Αἰσχίνης) καὶ τοῦτον ἀπώλεσεν [τὸν Τίμαρχον], οὐ μὰ Δί' οὐχὶ τῶν ὑμετέρων παίδων, ὅπως ἔσονται σώφρονες, προορῶν . . ., cf. Aeschin. I 9 sq.; Aeschines vero gloriatur (II 180), quod iuvenum causa Timarchum accusaverit.

278. ἐγράψατο παραπρεσβείας Αἰσχίνην Τίμαρχος, Αἰσχίνης Τίμαρχον ἑταιρήσεως, Ἀριστογείτων ἀμφοτέρων ἀξιοῖ κατηγορεῖν, οἱ δὲ ἀντιλέγουσιν. Syrian. IV 708, 27 W.

Fortasse hoc in themate historiae fide carente servatur memoria Aristogitonis orationis κατὰ Τιμάρχου (Suid. s. v. Ἀριστογείτων, cf. Sauppe OA II 310), quam hanc ad causam nihil attinuisse docet Tzetzes Chil. VI 104 sq.

279. ὁ Αἰσχίνης ἀνελὼν τὸν Τίμαρχον γράφει ἀναιρεῖν τὸν τριηραρχικὸν νόμον. Apsin. 218, 21 H.

Docere studet auctor, quo quis prooemio utatur, si iam semel in iudicio vicerit. — Propositi crimina inter se rationem non habent.

280. Libanius (V decl. 17 F): οὐκ ἀντεῖπε τῷ Φιλίππῳ γινομένῳ ἀμφικτύονι ὁ **Αἰσχίνης** μόνος πεμφθεὶς **πυλαγόρας** καὶ ἐπανελθὼν κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων.

‚Illo anno (346 cum Philippus in Amphictyonum numerum adscisceretur) neque Aeschines pylagoras fuit (Aeschin. II 142) neque alius Atheniensium in illo Amphictyonum concilio suffragia tulit (Dem. XIX 132 et 181)‘ Foerster in edit. p. 186, 2.

281. ὁ Αἰσχίνης προῖκα ἐκόμισε σῖτον παρὰ τοῦ Φιλίππου πεμφθεὶς πρὸς **Κερσοβλέπτην** καὶ κρίνεται. Apsin. 232, 10 H. et

282. Aristides (Philostr. v. s. p. 89, 16 K): ὁ μὴ λαβὼν Αἰσχίνης παρὰ τοῦ Κερσοβλέπτου τὸν σῖτον (κρίνεται).

Quomodo Cersobleptes ex frumentis venum datis pecunias sibi paraverit, narrat Polyaenus (VII 32; cf. Arist. oec. II 27); quae an cohaereant hac cum materia, sciant alii.

283. Αἰσχίνης κρινόμενος ἐπὶ τῷ προδεδωκέναι Κερσοβλέπτην ἐπέδειξεν ἐπιστολὴν δηλοῦσαν ὡς πρὶν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξελθεῖν Κερσοβλέπτης ἦν ἁλοὺς ὑπὸ Φιλίππου, καὶ οὐδὲν ἧττον κρίνεται. Syrian. II 41, 21 R.

Argumentum petitum est ex Aeschine (II 89 sq.), quo loco hic ipsa Cersobleptis epistula se purgare studet ab iis, quae illi obiecerat Demosthenes (XIX 155 sq.).

284. κατατρέχει **Χερρόνησον** Φίλιππος, γράφει Δημοσθένης διορύξαι τὸν Ἰσθμόν. Hermog. 134, 6 R.

Atheniensibus Chersonesum vindicantibus Philippus obtulit se Chersoneso perfossa fines eorum in tuto collocaturum esse, id quod legitur Dem. VI 30 (. . . Χερρόνησον δὲ τοῖς αὐτοῦ τέλεσι διορύξει . . .). Apparet rhetorum licentia, qui Demosthenem ipsum haec suadentem fingunt. Tales autem materias declamatoribus acceptissimas fuisse iam supra dixi (n. 35/6), praeterea cf. Ios. Rac. III 517 sq. W. — Designari hic τὸν Ἰσθμὸν τῆς Χερσονήσου e re ipsa elucet, neque id commemorarem, nisi ex eo quod confunderetur cum Peloponnesiaco, aliud thema ortum esse putarem plane abhorrens a veritate: Φιλίππου συνεχῶς Χαιρώνειαν κατατρέχοντος γράφει Δημοσθένης διορύξαι τὸν Ἰσθμόν. Doxop. II 102, 31 W. Sed etiam calami vitio Χερρόνησον cum Χαιρώνειαν voce commutatum esse putes.

285. ἐν τρισὶν ἡμέραις περὶ πολέμου βουλεύεσθαι νόμος ἐκέλευεν, **Ἐλάτειαν** ἔχοντος Φιλίππου γράφει Δημοσθένης αὐθημερὸν ἐξιέναι. Hermog. 76, 7 R.

286. νόμος περὶ πολέμου μέχρι τριῶν ἡμερῶν βουλεύεσθαι· Ἐλάτειαν ἔχοντος Φιλίππου γράφει συμβουλεύων Δημοσθένης αὐθημερὸν ἐξιέναι, ⟨καὶ⟩ Αἰσχίνης ἀντιλέγει. Syrian. II 164, 1 R.

287. νόμος ἐν τρισὶν ἡμέραις περὶ πολέμου βουλεύεσθαι· Ἐλάτειαν Φιλίππου καταλαβόντος γράφει Δημοσθένης αὐθημερὸν προελθεῖν καὶ κρίνεται. Sopater IV 265, 16 W.

Crimini vertuntur Demostheni quae ipse dicit or. XVIII 169 πρὶν ἐκείνην (τὴν βουλὴν) χρηματίσαι καὶ προβουλεῦσαι . . .; lex autem ut fingeretur, valuisse Solonis institutum videtur: προβουλεύει δ' εἰς τὸν δῆμον (ἡ βουλὴ) καὶ οὐκ ἔξεστιν οὐδὲν ἀπροβούλευτον οὐδ' ὅτι ἂν μὴ προγράψωσιν οἱ πρυτάνεις ψηφίσασθαι τῷ δήμῳ (Aristot. Ἀθ. πολ. 45, 4). Eadem materia mire explicatur hoc proposito (288):

288. νόμος ἦν ἐν τρισὶν ἡμέραις περὶ πολέμου βουλεύεσθαι· Ἐλάτειαν καταλαβόντος Φιλίππου συμβουλεύει Δημοσθένης λελύσθαι τὸν νόμον. Ios. Rac. III 481, 25 W.

289. Anonymus κατὰ Δημοσθένους (Oxyrh. Pap. VI 1908, 164, n. 858 = Jander l. c. 36).[1]

Aeschines (cf. III 181, quem locum respici puto in declamatione) vel alius quidam adversatur Demostheni, cui verba facere nequaquam liceret, cum omni belli peritia careret neque legitime ageret; quod crimen referendum esse censeo ad n. 286 vel 288.

290. νόμος . . . (cf. n. 285—88)· τοῦ περὶ **Χαιρώνειαν** πολέμου γενομένου γράφει Δημοσθένης τὰ θεωρικὰ εἶναι στρατιωτικά. Sopater V 181, 19 W.

[1] Lego p. 36 v. 14 J.: [ἑαυτὸν] παρέχειν; p. 37 v. 17: [κομ]π[άζ]ει [νῦν] πρῶτος; v. 24: οὐδὲ τὸ π[ιστὸν τοῦ] πατρός cf. Eur. Or. 245; v. 37: νόμους [τ]αρ[άττων] cf. quae existimant GH., ut dicit e. g. Dem. XVIII 153: ἡλίκα πράγματα ἡ μιαρὰ κεφαλὴ ταράξασα . . .

Cur lex illa hoc in thema intrudatur, non perspicio; Demosthenis postulatio ex lege eius trierarchica satis nota, re vera tamen non cohaeret cum pugna Chaeronensi, cf. Schaefer l. c. II² 528, 4.

291 a*. κρίνεται ὁ Δημοσθένης ὡς συμβουλεύσας βοηθεῖν Ὀλυνθίοις,

291 b*. ὅτι συνεβούλευσεν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχεσθαι,

291 c*. ὡς συμβουλεύσας βοηθεῖν Βυζαντίοις ἢ Χερρονησιώταις. Sopater V 48, 22 W, quibuscum conferas hoc inventum:

291 d. συνεβούλευσεν ὁ Δημοσθένης Ἀθηναίοις πόλεμον ἄρασθαι· ὑπήκουσαν Ἀθηναῖοι καὶ ἡττήθησαν καὶ κρίνεται. Max. Plan. V 400, 6 W.

Rhetores his in thematis facillime fictis cum alia, tum cladem Chaeronensem Demostheni crimini dabant, peius tractantes eum quam fecerant Athenienses, de quibus haec dicit Plutarchus (Dem. 21): τότε δὲ τῆς ἀτυχίας τοῖς Ἕλλησι γεγενημένης οἱ μὲν ἀντιπολιτευόμενοι ῥήτορες ἐπεμβαίνοντες τῷ Δημοσθένει κατεσκεύαζον εὐθύνας καὶ γραφὰς ἐπ᾽ αὐτόν (cf. Dem. XVIII 249 sq.; XXV 37 sq.)· ὁ δὲ δῆμος οὐ μόνον τούτων ἀπέλυεν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν διετέλει καὶ προκαλούμενος αὖθις . . .

292. ὁ Δημοσθένης κριθεὶς μετὰ Χαιρώνειαν ἀπέφυγε καὶ σιωπῶν πάλιν κρίνεται. Apsin. 222, 8 H.

Unde thematis occasio sumpta sit ignoro; amavisse sane videntur declamatores talia: oratores abundantia loquendi praediti accusantur, quia silent, ut iam vidimus apud Isocratem (n. 227). Easdem ad condiciones rerum referri potest hoc thema: Δημοσθένης μὴ ἀντιλέγων Φιλίππῳ κρίνεται προδοσίας (StGloeckner loco supra [p. 46] laudato p. 30).

293. μετὰ Χαιρώνειαν Δημοσθένης ἑαυτὸν προσαγγέλλει. Syrian. II 165, 2 R.

Eadem de re declamaverunt Polemo (Philostr. v. s. p. 53, 12 K) et Dionysius (l. c. p. 35, 25).

294. Αἰσχίνης μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ ἕπεται Δημοσθένει δακρύων καὶ κρίνεται ὑπ᾽ αὐτοῦ ὕβρεως (δημοσίων ἀδικημάτων) Syrian. II 130, 9 R; cf. 133, 9 R.

Nisi forte hoc argumentum ex analogia (cf. n. 102 et 113) fictum esse putes, ansam praebuisse sumas Demosthenis

verba (XVIII 287): decere eum qui de mortuorum laude dicere velit μηδὲ τῇ φωνῇ δακρύειν ὑποκρινόμενον τὴν ἐκείνων τύχην, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ συναλγεῖν.

295. μετὰ Χαιρώνειαν ἔπεμψε Φίλιππος διδοὺς αἵρεσιν ἢ τοὺς δισχιλίους αἰχμαλώτους λαμβάνειν ἢ τοὺς χιλίους ἑλέσθαι νεκρούς, ἔπεισε Δημοσθένης τοὺς χιλίους ἑλέσθαι νεκροὺς καὶ ἀποκτείναντος Φιλίππου τοὺς αἰχμαλώτους δημοσίων ἀδικημάτων φεύγει (ὑπ' Αἰσχίνου Syrian. II 129, 22 R) Hermog. 68, 13 R.

Numeri fortasse excerpti sunt ex Lycurgo (frg. 77 Bl): ἐστρατήγεις (in pugna Chaeronensi) ὦ Λυσίκλεις, καὶ χιλίων μὲν πολιτῶν τετελευτηκότων, δισχιλίων δ' αἰχμαλώτων γεγονότων . . ., cf. Diod. XVI 86; Demad. π. δ. 9. — Philippum Atheniensibus hanc optionem dedisse a vero plane abhorret, sed haud scio an respexerint declamatores ad ea quae leguntur in vit. X or. 849 A: μετὰ μέντοι τοῦτο νεκρῶν ἔδωκεν ἀναίρεσιν ὁ Φίλιππος φοβηθείς, πρότερον οὐ δοὺς τοῖς ἐλθοῦσιν ἐκ Λεβαδείας κήρυξιν vel ad Thebanorum fortunam, quibus Philippus post pugnam ‚non solum captivos, verum etiam interfectorum sepulturam vendidit' (Iustin. IX 4, 6). — Huic themati annectenda sunt alia (296—307), ficta satis perspicue, quorum quae prima orta sint, vix diiudicari potest. Agitur omnibus his argumentis de Demosthene dedendo, quod ut fingeretur a scholasticis, aliorum virorum exempla valuisse verisimile est (e. g. Periclis n. 95/96). Nam Philippus rex nunquam aperte Demosthenem ab Atheniensibus exegit; de Alexandro autem, qui sibi viros rerum civilium peritos, in his Demosthenem, tradi postulaverat (Diod. XVII 5; Plut. Dem. 23; Arr. I 10), cogitare vetamur ea re, quod vix unquam (sed v. n. 246!) his in deliberationibus Alexandri nomen commemoratur.

296. Libanius (VI decl. 21 F): μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ ἔπεμψε Φίλιππος ὑπισχνούμενος τοὺς δισχιλίους αἰχμαλώτους ⟨ἀποδώσειν⟩, εἰ λάβοι Δημοσθένην· ἀξιοῖ Δημοσθένης ἐκδίδοσθαι.

Compluribus locis invenitur Philippum sine pretio captivos reddidisse, velut apud Demadem π. δ. 9 δισχιλίους γὰρ αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων κτλ. (Schaefer l. c. III² 26, 1).

297. κρατήσας ὁ Φίλιππος ἐν Χαιρωνείᾳ ἐξήτησε τὸν Δημοσθένην. ἀντιλέγει τις. Apsin. 221, 26 H.

298. ἐξαιτοῦντος τοῦ Φιλίππου τὸν Δημοσθένην μετὰ Χαιρώνειαν αὐτὸς Δημοσθένης ἐνίσταται. Apsin. 226, 9 H.

299. Libanius (VI decl. 19/20 F): μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ Φίλιππος ἐξήτησε τὸν Δημοσθένην· ὁ δῆμος ᾔτησε πέντε ἡμέρας εἰς διάσκεψιν. ἐν ταύταις ὁ Δημοσθένης ἀποθνήσκειν (ἀποθανεῖν) ἀξιοῖ.

300. πέπομφεν ἑκατὸν τάλαντα Φίλιππος πρίασθαι βουλόμενος τὸν Δημοσθένην (καὶ βουλεύονται Ἀθηναῖοι) Hermog. 157, 1 R.

301. Δημοσθένης ἀξιοῖ ἐκδίδοσθαι αὑτὸν τοῦ Φιλίππου ἐξαιτοῦντος ἢ τὸν Δημοσθένην ἢ τὰς τριήρεις. Apsin. 337, 1 H.

Quamquam scimus Philippum ut ab aliis civitatibus (Diod. XVI 89), ita ab Atheniensibus (Plut. Phoc. 16) postulavisse, ut triremes et equites in auxilium sibi suppeditarent, tamen talia hic respici verisimile non est, cum aliud sit certum navium longarum numerum imponere, aliud postulare, ut triremes tradantur; re vera autem regem naves Atheniensium depoposcisse vix licet suspicari, cum rerum scriptores nihil huiusmodi habeant. Totam igitur rem rhetores commentos esse mihi persuasi: naves erant praesidium urbis firmissimum (cf. n. 64, praeterea quae leguntur V 405, 22 W: εἰ Φιλίππῳ πιστεύοντες τῆς τριηραρχίας ἀμελήσετε, οὐδὲν κωλύει καὶ τῶν φιλτάτων ἀθρόως στερηθῆναι), Demosthenes Philippo infensissimus.

302. ὁ Φίλιππος δέδωκε τοῖς Ἀθηναίοις αἵρεσιν ἢ τὸν Δημοσθένην ἢ τὰς τριήρεις ἔχειν, ᾔτησε (Demosthenes) τρεῖς ἡμέρας εἰς βουλὴν καὶ ἑαυτὸν προσαγγέλλει. Sopater V 44, 4 W.

303. ᾔτησε παρὰ Ἀθηναίων Φίλιππος τριήρεις ἢ Δημοσθένην δοθῆναι αὐτῷ· βουλεύεται Αἰσχίνης δοθῆναι τὰς τριήρεις, ἀντιλέγει Δημοσθένης. Georg. Diaer. VI 542, 19 W.

304. ὁ Δημοσθένης Φιλίππου ἐξαιτοῦντος τὰς τριήρεις ἀντειπὼν καὶ ἡττηθεὶς καὶ τὰ πληρώματα συμπέμπειν ἀξιοῖ. Apsin. 334, 9 H.

305. Libanius (VI decl. 22 F): ἐξήτησεν ὁ Φίλιππος τὸν Δημοσθένην· κατέφυγεν ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν ὁ Δημοσθένης· ἀποσπασθεὶς ἐξεδόθη· καὶ ἀφεθεὶς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου γράφει παρ' Ἀθηναίοις ἀνελεῖν τὸν βωμόν.

Ansam fortasse Lycurgi (Leocr. 93) de Callistrato narrationem praebuisse RFoerster suspicatur in edit. p. 399, 1; sed cum Demosthenes ipse re vera confugit ad Neptuni aram (Plut. Dem. 29) — praeterea de Critia simile quid declamari vidimus (n. 168) —, tum de Hyperidis morte talia traduntur (vit. X or. 849 B ἐλήφθη πρὸς βίαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἐχόμενος τοῦ ἀγάλματος· καὶ ἀχθεὶς πρὸς Ἀντίπατρον . . .), de quibus cogitare licet, praesertim cum etiam hoc thema ex Hyperidis fortuna fictum esse verisimile sit:

306. ἔπεμπε Φίλιππος ἐξαιτῶν τὸν Δημοσθένην· συνεβούλευσεν Ὑπερίδης μὴ ἐκδοῦναι· ἔπεισεν Αἰσχίνης ἐκδοῦναι· λαβὼν Φίλιππος ἀπέτεμε τῆς γλώττης αὐτόν· καὶ κρίνεται Αἰσχίνης δημοσίᾳ. Sopater VIII 129, 4 W.

Suid. s. v. Ὑπερείδης· καὶ ἀποτμηθεὶς τὴν γλῶτταν ἀπέθανε . . . Talia quomodo uberius tractata sint, docet Tzetzes Chil. VI 178: Δημάδου δὲ αἰτήσαντος οἱ Ἀθηναίων μόνοι / ῥήτορες ἀπετμήθησαν τὰς γλώσσας ἐν Ἀθήναις / νόμῳ καὶ ψήφῳ Ἀττικῶν οὕτω πως δικασάντων.

307. Libanius (VI decl. 23 F): ἐκδοθεὶς Φιλίππῳ Δημοσθένης καὶ ἀφεθεὶς μὴ πολιτευόμενος κρίνεται δημοσίᾳ. Cf. n. 227 et 292.

308. οἱ ῥήτορες ἐξεδόθησαν τῷ Φιλίππῳ· ἀφεθέντες οὐ πολιτεύονται καὶ κρίνονται. Apsin. 222, 24 H.

Quae supra leguntur de Demosthene, hic referuntur ad omnes eius temporis rhetores, sicut Alexander octo vel decem viros sibi tradi voluerat (Plut. Dem. 23).

309. Rogationem fert Demosthenes, ne illi qui apud Chaeroneam capti erant a Philippo et gratis remissi consiliis publicis intersint. Ps-Quint. decl. 339.

Philippum re vera ἄνευ λύτρων captivos reddidisse supra vidimus ad n. 296. — Hoc autem Demosthenis postulatum a vero discrepare vel ex eo concludi potest, quod orator ipse nequaquam in numero virorum spectatae virtutis fuisse videtur, licet ea falsa sint quae narraverunt Aeschinem (III 152; 175; 253) secuti posterioris aetatis homines. — Argumentum ut fingeretur, fortasse thema 139 alicuius momenti fuit.

310. ὁ Φίλιππος ἔδωκεν αἵρεσιν τοῖς Ἀθηναίοις, πότερον βούλονται ὅπλοις ἢ λόγοις δικάζεσθαι· ὁ Δημοσθένης συνεβούλευσε λόγοις· καὶ εἰπὼν αὐτὸς ἡττήθη καὶ κρίνεται. Apsin. 230, 14 H.

Agitur hoc themate, utrum militiae magistris an oratoribus salus rei publicae mandanda sit; qui locus argumentum moverit, dilucidius ex themate 217 apparebit. — Ac fortasse iuvat huc afferre illud Demosthenis (Gnom. Vat. 219) ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ποῖον μέγιστον ὅπλον, εἶπε· ‚λόγος', quocum comparanda sunt et Propertii illud (IV 21, 27): ‚Persequar aut studium linguae, Demosthenis arma' et Petronii (sat. 5 v. 14, p. 9): ‚Liber et ingentis quatiat Demosthenis arma': quos locos debeo APackmohr, De Diogenis Sinopensis apopthegmatis quaestiones selectae, Diss. Monast. 1913, 31.

311. Polemo (Philostr. v. s. p. 53, 18 K): Δημοσθένης ... ὁ ξυμβουλεύων ἐπὶ τῶν τριήρων φεύγειν ἐπιόντος μὲν Φιλίππου, νόμον δὲ Αἰσχίνου κεκυρωκότος ἀποθνήσκειν τὸν πολέμου μνημονεύσαντα.

An Themistoclis memoria valuerit (n. 56/7)?

312. πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους βασιλεὺς καὶ Φίλιππος· ἧκον πρέσβεις παρ' ἑκατέρου περὶ συμμαχίας καὶ Δημοσθένης μὲν βασιλεῖ συμμαχεῖν κελεύει, Αἰσχίνης δὲ Φιλίππῳ. Syrian. IV 708, 7 W.

Certas condiciones historicas argumento subesse vix credibile est neque inveniuntur apud rerum scriptores; commodissime fingebantur legationes auxilium petentes, neque erat dubium, uter Philippi, uter Persarum societatem commendaret; cf. n. 313.

313. ἐγράψαντο ἀλλήλους Αἰσχίνης καὶ Δημοσθένης· ὁ μὲν *φιλιππισμοῦ*, ὁ δὲ *μηδισμοῦ*. Ἀριστογείτων ἀμφοτέρων κατηγορεῖ. Marcell. IV 472, 23 W.

Eiusdem Aristogitonis orationem Philagrum Cilicem declamavisse memoriae prodidit Philostratus (v. s. p. 85, 17 K). — Demostheni saepe μηδισμός crimini datus est (e. g. Aeschin. III 173; 209; 239; 259), nec tamen puto hic res vere gestas respici; Aristogitonis nomen temere themati adiectum esse suspicor similiter atque in n. 278.

314. ἔγραψεν ὁ Δημάδης **τρισκαιδέκατον θεὸν νομίζειν** τὸν Φίλιππον· ἀντειπὼν ὁ Δημοσθένης ἡττήθη, καὶ γράφει καὶ νεὼν ἱδρύσασθαι Φιλίππῳ. Apsin. 221, 2 H.

Philippus ipse divinos honores sibi vindicavit (Diod. XVI 95: διὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς ἑαυτὸν τοῖς δώδεκα θεοῖς σύνθρονον καταριθμήσας), sed Athenienses num id decernerent deliberavisse fide historiae caret (apud Demadem π. δ. 9 ut verba ἔγραψα καὶ Φιλίππῳ τιμάς, οὐκ ἀρνοῦμαι de divinis honoribus dicta esse cogites, nulla re poscitur). De Alexandro Magno hoc agitatum esse constat, atque apud populum locuti sunt et Demades (Aelian. v. h. V 12; Athen. VI p. 251 B; Val. Max. VII 2 ext. 13: ‚videte, inquit [Demades], ne dum caelum custoditis, terram amittatis'; alia veterum testimonia attulit OWeinreich, Lykische Zwölfgötterreliefs. Sitzungsber. d. Heidelb. Akademie d. Wiss. 1913, 7/8) et Demosthenes, qui sententiam hac de re mutasse videtur (Hyperid. V 31; Dinarch. I 94; Polyb. XII 12 b, 3). Has de Alexandro deo orationes a declamatoribus in Philippum translatas esse verisimile est, primum quod Demosthenis persona artius cum Philippo cohaerebat, deinde quod ita invectivarum copia multo erat maior. Scholasticorum usus vestigia verisimile est apud Clementem Alexandrinum mansisse (protrept. p. 42, 21 St): νῦν μὲν τὸν Μακεδόνα τὸν ἐκ Πέλλης τὸν Ἀμύντου Φίλιππον ἐν Κυνοσάργει νομοθετοῦντες προσκυνεῖν . . .

315. ἔγραψεν Αἰσχίνης τρισκαιδέκατον θεὸν νομίζειν Φίλιππον· ἀντειπόντος Δημοσθένους ἡττήθη· ὁ δὲ σχηματίζεται ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ βουλῇ καὶ ναοὺς αὐτῷ κατασκευασθῆναι. Max. Plan. V 367, 24 W.

Rhetor Aeschinem huc afferens in errorem lapsus est ea re, quod plurimis in controversiis Demostheni Aeschines obsistit.

316. ἀπεστάλη πρὸς Φίλιππον Αἰσχίνης περὶ εἰρήνης πρεσβευτής, τελευτήσαντα καταλαβὼν ἐκεῖ-

νον Ἀλεξάνδρῳ συνέθετο περὶ τῆς εἰρήνης, ἐπανελθὼν κρίνεται παραπρεσβείας. Syrian. II 155, 13 R.

Quas res gestas hoc in themate fingendo (cf. n. 319) rhetores respexerint plane nescimus; nihilo secius assentiri non dubito Arnoldo Schaefer, qui (l. c. III² 86, 2) cum hanc declamationem falso atque inepte fictam putet, nihil hoc ex themate de rebus veris concludi posse contendit.

317. ὁ ... Δημοσθένης τὴν μόνην καὶ ἀγαπητὴν θυγατέρα ἀπολέσας ἔθυε καὶ ἐλευχειμόνει· (κρίνεται). Max. Plan. V 396, 22 W.

Pro certo affirmare non audeo scriptorem hic declamationis thema proponere. Argumentum petitum est ex Aeschine (III 77), qui Demostheni quod ita se gesserit post mortem Philippi, crimini dat.

318. Παυσανίας Φίλιππον ἀνελών, γέγονε δ' οὗτος ἐρώμενος Φιλίππου, καθὰ καὶ Αἰσχίνης λέγει,[1] κατέφυγεν εἰς Ἀθήνας· συνεβούλευσε Δημοσθένης Ἀθηναίοις δέξασθαι . . . μετὰ ταῦτα ἠπείλησε πόλεμον αὐτοῖς Ἀλέξανδρος, καὶ κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων Δημοσθένης. Anonym. RG VII 522, 7 W.

Ut prior pars declamationis temere ficta est, quod infra dilucidius ostendetur (n. 329), ita altera a veritate abhorret. — Quo modo ut coniungeretur Demosthenis persona cum tyrannicida, effecisse puto cum eius in Philippum inimicitias, tum ea quae dicit Aeschines (III 160): ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησε μὲν Φίλιππος . . . (Demosthenes) ἱερὰ μὲν ἱδρύσατο Παυσανίου . . ., cf. Plut. Dem. 22. Quin etiam Δημοσθένους ἐγκώμιον εἰς Παυσανίαν a veteribus legebatur, τοῦ σοφιστικοῦ λήρου μεστόν ut ait Dionysius (Dem. 44).

319. Δημοσθένης ἐπέμφθη στεφανώσων Ἀλέξανδρον· εὑρὼν Θήβας κατεσκαμμένας οὐκ ἐστεφάνωσε· καὶ ἐπανελθὼν κρίνεται δημοσίων. Sopater VIII 205, 6 W.

Anno 336 Athenienses legatos ad Alexandrum miserunt belli deprecandi causa (Diod. XVII 4, 7; Iustin. XI 3), quorum in numero erat Demosthenes. Atque ex Cithaerone eum domum

[1] Aeschines quamquam Pausaniae nomen commemorat duobus locis (III 160; 219), tamen huiusmodi nihil habet.

revertisse narrat Aeschines (III 161; aliter Din. I 82), qui pergit: ὑμεῖς μὲν τοῦτον (i. e. Demosthenem) οὐ προὔδοτε, οὐδ᾽ εἰάσατε κριθῆναι ἐν τῷ τῶν Ἑλλήνων συνεδρίῳ. Thebae autem anno 335 demum dirutae sunt, qua ex re apparet Demosthenis alias fuisse causas reditus quam Thebarum excidium. — Aliter, paulum recedens a veritate, de rebus illius temporis refert Plutarchus quem (vel cuius fontem) rhetores secutos esse intelleges si apud Plutarchum haec legeris (Dem. 23): Θηβαῖοι δὲ προδοθέντες . . . ἠγωνίσαντο καθ᾽ αὑτοὺς καὶ τὴν πόλιν ἀπέβαλον. Θορύβου δὲ μεγάλου τοὺς Ἀθηναίους περιεστῶτος, ἀπεστάλη μὲν ὁ Δημοσθένης . . . δείσας δὲ τὴν ὀργὴν (sc. Philippi) ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ἀνεχώρησεν ὀπίσω καὶ τὴν πρεσβείαν ἀφῆκεν. Rhetores vero, ut erant clementissimi in oratorem illum praeclarissimum, (cui e. g. nunquam ignaviam opprobrio dederunt, quamquam ex pugna Chaeronensi fugerat), ita hic quoque causam decoram haud inepte commenti sunt, cur Demosthenes rediisset. Quam cum ponerent Thebarum exstinctionem, legationis quoque causa mutanda erat: Demosthenem iter facientem finxerunt ut Alexandro coronam imponeret auream iussu Atheniensium τῆς φιλανθρωπίας ἕνεκα. Huiusmodi honoris exemplum rebus veris datum erat, cum Philippo coronam auream decrevisse Athenienses sciamus ex Diodoro (XVI 92); quod consultum si rhetori talia primo fingenti ante oculos versatum est, iam ante Sopatrum hoc thema declamatum esse pro certo affirmari licet, quia ille dicit l. c. 209, 23: ἥκω (inquit Demosthenes) σοι φέρων παρὰ τοῦ δήμου τὸν στέφανον, ὃν οὐδὲ Φίλιππος λαβεῖν παρ᾽ Ἀθηναίων πεφιλοτίμηται. Sed etiam Alexandro corona oblata est (Diod. XVII 48). Attamen potius illud Philippi exemplum hic valuisse puto, quoniam easdem temporis illius condiciones alii quoque declamationi (n. 330) materiam praebuisse verisimile est.

320. Ἀλεξάνδρου ἐν Ἰνδοῖς ὄντος συμβουλεύει Δημοσθένης ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων. Syrian. II 181, 8 R.

Demosthenes facile fieri posse censet ut Alexandro procul absente Athenienses rerum potiantur. Eandem declamationem sibi proposuit Aristides (I p. 507 D). — Argumenti occasionem ex ipsis Demosthenis orationibus sumptam esse nego; varia

autem afferre licet, quae themati ansam dedisse suspiceris: fortasse in rhetorum memoria haerebant illa (Ps-Demosth. XVII 9) ἄλλον ἄρα τινὰ χρόνον ἀναμενεῖτε τῆς ἰδίας ἐλευθερίας ἅμα καὶ τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀντιλαβέσθαι, quae quidem verba dicta sunt ἐν ἀρχῇ τῆς κατὰ Ἀλέξανδρον καταστάσεως (Schol. p. 256, 4 D). Porro cogitari potest de oratore dissuadente, ne Alexandro naves auxilio mittantur (Plut. Phoc. 21; vit. X or. 847 c αἰτοῦντι ναυτικὸν παρ' Ἀθηναίων (Alexandro) ἀντεῖπεν, ἄδηλον εἰπὼν εἰ οὐ κατὰ τῶν παρασχόντων χρήσεται). An respexerunt scholastici ad Aeschinem (III 167) καὶ πάλιν ὅτε κύκλῳ περιδινῶν σαυτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος ἔλεγες ὡς ἀντιπράττων Ἀλεξάνδρῳ κτλ.? Cf. n. 244.

321. ἀπέσταλκεν Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Δαρείου λογισμοῖς εὑρηκέναι λέγων εἰληφότα Δημοσθένην πεντήκοντα τάλαντα, καὶ κρίνεται **δωροδοκίας**. Apsin. 245, 19 H.

Ex auctoribus Plutarchi vel ipsis ex scriptis eius thema petitum est (Dem. 20): ἔπεμψε (Darius) τοῖς σατράπαις ἐπὶ θάλασσαν γράμματα, χρήματα Δημοσθένει διδόναι κελεύων (cf. Aeschin. III 239; Din. I 10) . . . ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον ἐφώρασεν Ἀλέξανδρος, ἐν Σάρδεσιν ἐπιστολάς τινας ἀνευρὼν τοῦ Δημοσθένους καὶ γράμματα τῶν βασιλέως στρατηγῶν δηλοῦντα τὸ πλῆθος τῶν δοθέντων αὐτῷ χρημάτων. Eadem res erat hypothesis Polemonis, qui Demosthenis se defendentis orationem declamavit (Philostr. v. s. p. 40, 30 et 52, 32 K).

322.* Himerius (ecl. 2): Δημοσθένης συμβουλεύει κατάγειν Αἰσχίνην φήμης ῥυείσης ὅτι Ἀλέξανδρος τοὺς φυγάδας κατάξει.

Alexander imperavit ut omnes urbes exules reciperent (Diod. XVII 109; Hyperid. V 18; Iustin. XIII 5; Curt. V 2); quomodo Aeschines et Demosthenes (cf. Din. I 81) tum se gesserint, non accepimus.

323. Polemo (Philostr. v. s. p. 53, 17 K): ὁ Δημοσθένης . . . ὁ δοκῶν θανάτου ἑαυτῷ τιμᾶσθαι ἐπὶ τοῖς **Ἁρπαλείοις**.

Demosthenes iam priusquam lis ei intenderetur, professus erat se supplicium capitale subiturum esse, si teneretur in manifesto crimine (Din. I 61 καὶ τὸν δῆμον ἐποιήσω μάρτυρα

τῶν ὡμολογημένων, ὁρισάμενος σεαυτῷ ζημίαν εἶναι θάνατον, ἐὰν ἀποφήνῃ ⟨σ'⟩ ἡ βουλὴ τῶν χρημάτων εἰληφότα τι τῶν εἰς τὴν χώραν ὑπὸ Ἁρπάλου κομισθέντων). Eadem fortasse quae sunt in n. 324 declamasse Polemonem concedendum videtur.

324. Δημοσθένης ἥλω ἐπὶ τοῖς Ἁρπαλείοις χρήμασι· καὶ ὁ μὲν κατήγορος φυγῇ αὐτὸν ζημιοῖ, ὁ δὲ τεθνάναι ἀξιοῖ. Sopater IV 122, 12 W.

ζήτημα ἐσχηματισμένον: Demosthenes nequaquam mortem re vera postulat, sed urbi se semper consuluisse ostendere studet. Accusatores nimirum supplicio Demosthenem affici voluerant (Din. I 77 . . . ἀποκτείναντας ἐξόριστον ἐκ τῆς πόλεως ποιῆσαι; alibi). — Eadem materia paulum variatur hoc problemate:

325. ἑάλω Δημοσθένης ἐπὶ τοῖς Ἁρπαλείοις χρήμασι· καὶ ὁ μὲν κατήγορος αὐτῷ τιμᾶται φυγῆς, ὁ δὲ ἀντιτιμᾶται αὐτῷ θανάτου. Max. Plan. V 228, 30 W.

An pro altero αὐτῷ legendum sit αὑτῷ?

326. κρίνεται Δημοσθένης ἐπὶ τοῖς Ἁρπαλεί⟨οις[1] χρήμα⟩σιν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ καὶ παραγράφεται ἀξιῶν ἐν τῇ ἡλιαίᾳ κρίνεσθαι. Sopater IV 316, 13 W.

Rhetori exemplum fingenti quo illustraret verba sua, in animum incidisse videtur Demosthenes, qui causa apud Areopagitas cognita coram iudicibus heliasticis se purgare debebat (v. Schaefer l. c. III[2] 325 sq.); ἡ παραγραφή autem a scholastico adiecta abhorret a veritate.

327. ὁ Δημοσθένης ἐπιστέλλει πως τοῖς Ἀθηναίοις περὶ τῆς καθόδου τῆς ἑαυτοῦ. Apsin. 309, 5 H.

Auctoris ex verbis conicio in rhetorum gymnasiis hanc rem (cf. Dem. ep. II) declamationibus variatam esse.

328. ἐπέμφθη Δημοσθένης πρεσβευτὴς εἰς Φώκαιαν, Αἰσχίνου ἐν τῇ πόλει ὄντος· ἐπανιὼν εὕρηται νεκρὸς ἀσκύλευτος, καὶ κρίνεται Αἰσχίνης φόνου. Marcell. IV 168, 21 W.

Fictio satis perspicua, quam compares cum n. 245.

---

[1] Sic coniec. Wuensch satis probabiliter; in codic. ἁρπαγεῖσιν, quod aegre intellegitur, si respicimus ad themata 274/5.

16. Themata quae spectant ad Alexandrum eiusque aetatem.

329.* ὁ ⟨συμ⟩βουλεύσας[1] δέξασθαι Παυσανίαν. Anonym. RG VII 521, 12 W.

Pausaniam (cf. n. 318) Philippi percussorem post ipsum facinus occisum esse consentiunt rerum scriptores, e. g. cf. Diod. XVI 94.

330. (Λεωσθένους) περὶ πολέμου. Hibeh Pap. I. ed. Grenfell-Hunt, Lond. 1906, 55 n. XV = Jander l. c. 31.

Recte vidisse Blassium puto argumentum ad Alexandri mortem Athenas nuntiatam respicere et Leosthenem, qui apud Taenarum milites mercede conductos collegerat (cf. Diod. XVII 111, XVIII 9; Plut. Phoc. 20), loquentem fingi.[2] — Hyperidem orationem habuisse τὸ ἐπὶ Ταινάρῳ ξενικὸν μὴ διαλῦσαι comperimus ex vit. X or. 848 c.

331. τὰς *Θήβας* Ἀλεξάνδρῳ κατασκάπτοντι ὁ Ἰσμηνίας ἐπηύλησε καὶ μετὰ τὸν ἀνοικισμὸν[3] (μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον Apsin. 231, 15 H) κρίνεται. Anonym. RG VII 510, 20 W.

De Ismenia comperi haec: ut lyrae sonitu Thebarum moenia aedificata esse dicebantur, ita Ismeṇia Apollinis quasi humano vicario (Ismenius cognomen erat Apollinis, cf. e. g. Paus. II 10, 5) tibia canente destructa sunt: fabula satis perlucida, praesertim cum rerum scriptores nihil huiusmodi habeant. Cuius mentio fit in Anth. Pal. IX 216 . . . τειχομελὴς κιθάρη·

ἀλλ' αὐλὸς δύσμουσος· ἴδ' ὡς ἐκεράσσατο Θήβη
δαίμων, ἐσθλὰ κακοῖς δ' εἰς ἓν ἔμιξεν ἴσα,

praeterea in Tzetzis Chil. X 412 (cf. VII 406 sq.):

Ἃς Θήβας πάλιν ὕστερον Ἀλέξανδρος ὁ μέγας
Αὐλήμασι κατέσκαψεν, αὐλοῦντος Ἰσμηνίου.

Fuse narratur commentum apud Ps-Callisthenem (I 45) et Iulium Valerium (I 51): cecinisse tibicinem, ut Alexandri mentem ad misericordiam revocaret. Quae cum neglegerentur

---

[1] βουλεύσαντος in cod., sed cf. p. 522, 9 W (n. 318).

[2] p. 31 v. 60 J: σ[τρα]τῶν? — Libet hic pauca adicere alia: fortasse legi possunt p. 8 v. 80 J. ε[ἰσφέρω]ṿ ἄκ̣υρον — p. 35 v. 17 [αὐτοὺς τότε ἐγνω]κέναι.

[3] ἐνοικισμὸν in cod., corr. Drerup coll. n. 334.

atque ut apud Tzetzem vidimus tibicinis melodia cum urbis eversione coniungeretur, fieri potuit accusatio quam declamabant scholastici.

332. Cum Thebas evertisset Alexander, invenit tabulas, quibus centum talenta mutua Thessalis dedisse Thebanos continebatur; has quia erat usus commilitio Thessalorum, donavit his ultro; postea restituti a Cassandro Thebani reposcunt Thessalos. apud Amphictionas agitur. Quint. V 10, 111.

Apud rerum scriptores huius rei commemorationem quaerens operam perdas; suspicor hic nomina propria inserta esse thesi simili illius, quae est apud Hermogenem (p. 32, 18 R) ἀπῄτει τις δάνειον καὶ τόκους, ὁ δὲ παρακαταθήκην φάσκων ἔχειν οὐκ ὀφείλειν ἔλεγε τόκους· μεταξὺ πεποίηται χρεῶν ἀποκοπὰς ὁ δῆμος καὶ ὁ μὲν ὡς παρακαταθήκην ἀπαιτεῖ, ὁ δὲ ὡς χρέος οὐκ ὀφείλει ἔτι φησίν.

333. Μεσσηνίους ἔκριναν ἀχαριστίας Θηβαῖοι μὴ ὑποδεξαμένους αὐτῶν τὴν φυγήν. Marcell. IV 249, 22 W; cf. Philostr. v. s. p. 99, 11 K: Ptolemaei Naucratitae hypothesin.

Respiciebant sane rhetores ad Epaminondae res gestas, qui Messenen Hilotarum perfugium condiderat (Diod. XV 66); quomodo re vera Messenii Thebis eversis se gesserint, parum comperi. Simile est hoc:

334. Ἀλεξάνδρου ἐπιόντος ἔπεμψαν Θηβαῖοι πρὸς Μεσσηνίους, συμμαχίας δεόμενοι· οὐκ ἀπηγγείλαντο τὴν βοήθειαν· κατεσκάφησαν Θηβαῖοι· καὶ κρίνονται μετὰ τὸν ἀνοικισμὸν ὑπ' αὐτῶν ἀχαριστείας Μεσσήνιοι. Sopater VIII 239, 1 W.

335. ἐπίπρασκεν Ἀλέξανδρος τοὺς Θηβαίων αἰχμαλώτους, πριάμενοι Λακεδαιμόνιοι τριακοσίους κατέσφαξαν ἐπὶ τὸ ἐν Λεύκτροις τρόπαιον καὶ κρίνονται τῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας ἀδικημάτων. Hermog. 169, 18 R.

336. Qui hosti opem tulerit, capite puniatur. Alexander bello Athenas cum premeret, templum extra muros incendit. pestilentia laborare coepit. responsum est non posse finiri nisi templum resti-

tuisset. restituto templo Atheniensis sacerdos Alexandro pollicente discessurum se ab armis si dedicaret, dedicavit. discessit ab obsidione Athenarum Alexander. dicitur sacerdos hosti opem tulisse. Ps-Quint. decl. 323.

Huic quoque argumento thesin subesse puto mire quidem fictam, quod non miraberis si similia comparaveris e. g. apud Sopatrum VIII 317, 11 W: πεπηρωμένῳ τινὶ ἔχρησεν ὁ θεὸς ἀναβλέπειν εἰ ὁ παῖς αὑτὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπιδοίη. πυθόμενος ὁ παῖς ἀνῄρηκεν ἑαυτόν· ἀνέβλεψεν ὁ πατὴρ καὶ μετὰ ταῦτα ἑαυτὸν προσαγγέλλει.

337. εἰ συμφέρει Ἀλεξάνδρῳ διαβῆναι εἰς τὴν *Ἀσίαν*. Dio or. XXII, 3.

338. βουλεύεται Ἀλέξανδρος διαβῆναι τὸν Γάγγην. Max. Plan. V 345, 21 W.

339. βουλεύεται Ἀλέξανδρος διαβῆναι τὸν Τίγρην. Max. Plan. V 345 adnot. 95 W.

Alexandri expeditio semel atque iterum scholasticorum admirationem movebat nec desunt themata, quae eum magna vel maiora quam quis efficere possit audentem ostendunt, quorum in argumentis nequaquam certo de auctore cogitari debet.

340. Ἀλέξανδρος βουλεύεται μεταθεῖναι τὰς νήσους εἰς ἤπειρον. Marcell. IV 161, 16 W.

341. Ἀλέξανδρος τὴν Ἄορνιν ὕψει λαβεῖν μὴ σθένων / συνθεὶς ἀνθρώπους πτερωτοὺς ὑπερπετᾶσαι σπεύδει. / τοιούτῳ τρόπῳ βούλεται τὴν χώραν ἐκπορθῆσαι. Ioh. Tzetz. III 684, 1 W.

Cf. Arrian. IV 28, 4: Ἀλέξανδρον (cum audisset quae esset montis altitudo οὐδὲ Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς ἁλωτὸν γενέσθαι τὴν πέτραν) πόθος λαμβάνει ἐξελεῖν καὶ τοῦτο τὸ ὄρος. — His duobus thematis quae sunt κατὰ τὸ ἀδύνατον addere liceat hoc κατὰ τὸ ἄπορον, in quo valuisse sumas thesin quandam:

342. Ἀλέξανδρος ὄναρ εἶδεν ὀνείροις μὴ πιστεύειν καὶ βουλεύεται. Hermog. 33, 4 R.

343. Deliberat Alexander an terras ultra Oceanum sit inventurus. Seneca suas. 1.

Suasoria prima apud Senecam tractata suo iure hoc modo inscribitur (cf. Quint. III 8, 16); diversam esse puto eam quae com-

memoratur Sen. contr. VII 7, 19 (infra n. 344), cum in prima illa Senecae suasoria vox divina non inveniatur. — Alexander re vera ad Oceani litus advenit atque novarum terrarum cupidus mare temptavit; cf. Diod. XVII 104, 106; Iustin. XII 10, 4—5; Curt. IX 9; Plut. Alex. 66; Arrian. VI 18/20; App. II 149; Ps-Call. III 28, 2 (v. cod. A); Itin. Alex. 113. Ex re est hic commemorare de Callisthene (Sen. suas. I 5), quem ‚vulgare et notum negotium‘ fuisse apud declamatores comperimus ex Cic. ad Quint. frat. II 13, 4; cf. Sen. quaest. nat. VI 33, 1.

344. Deliberat Alexander an Oceanum naviget, cum exaudita vox esset: ‚quousque invicte?‘ Sen. contr. VII 7, 19.

Talia mystica cum alibi (cf. e. g. Herod. I 159; Verg. Aen. IX 112; Sil. Ital. XIII 283; X 365), tum in Alexandri vita non defuisse per se patet, quorum e numero affero haec: dicit scholiasta ad Lucan. III 233: ‚(Alexander) cum fontem Nili fluminis quaereret, primo usque ad Thermon Nilum venit, inde ad tenebras; voce deinde divina territus, quod nimis periculosa temptaret, discessit a coepto‘. Ps-Call. III 28, 18: ἦν δὲ ὀρτυγοτροφεῖον χρυσοῦν κρεμάμενον ἐκ τῆς ὀροφῆς, ἐν ᾧ ἦν ὄρνεον ἡλίκον περιστερά, καὶ ὥσπερ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ Ἑλληνικῇ ἐβόησέ μοι καί φησιν· Ἀλέξανδρε, παῦσαι λοιπὸν τῷ θεῷ ἀντιτασσόμενος, καὶ ὑπόστρεφε εἰς τὰ ἴδια μέλαθρα καὶ μὴ προπετεύου εἰς οὐρανίους ὁδούς.

345. Deliberat Alexander Magnus an Babylona intret, cum denuntiatum esset illi responso auguris periculum. Sen. suas. 4.

Chaldaei siderum constellatione commoti praemonent Alexandrum ne intret urbem. Ille autem sive philosophorum cavillationibus adductus (Diod. XVII 112, 2—6; Iustin. XII 13, 3—5) sive suspicatus Chaldaeos suarum rerum amantissimos dare operam ut eum arcerent urbe (Arr. VII 16, 4—17, 6) oracula contemnit (Plut. Alex. 73). — Agmen thematum quae attinent ad Alexandri personam, duo claudant, quorum prius utrum re vera declamatum sit an inventum ut facetiae scurriles rhetoris cuiusdam locum haberent, dubitari potest:

346.* βουλεύεται Ἀλέξανδρος δρόμον ἀγωνίσασθαι Ὀλυμπίασιν.

Dem. π. ἑρμ. 187: ἐπὶ τοῦ βουλευομένου Ἀλεξάνδρου κτλ. ἔφη τις οὕτως· ‚Ἀλέξανδρε, δράμε σου τῆς μητρὸς τὸ ὄνομα'. Alterum decerptum est ex Curtio (III 6, 5), qua in deliberatione statuenda secutus sum WHoffmann, Das liter. Porträt Alex. d. Gr., Leipziger histor. Abhandl. VIII 1907, 53 adn. 4:

347.* Deliberat Alexander, an Philippi medicamentum sumat.

Alexander qui sudans in flumen frigidissimum se immiserat, graviter aegrotare coepit; Philippus medicus se regem ad bonam valetudinem reducturum esse promittit, sed rex monetur ut caveat, cum medicus ab hostibus sit corruptus. Diod. XVII 31; Iustin. XI 8; Plut. Alex. 19; Arr. II 4; Iul. Val. II 24; Ps-Call. II 25; Itin. Alex. 30.

348.* Suadetur purpuratis ut Alexandrum Babylonis incendio sepeliant.

Quint. VIII 5, 24: ‚Alia vana, ut suadentes purpuratis ut . . . sepeliant: „Alexandrum sepelio, hoc quisquam spectabit a tecto?" quasi vero id sit in re tota indignissimum.'

Alexandri corpus Alexandriam deportatum esse narrant Diod. XVIII 26—8; Curt. X 10; cf. Iul. Val. III 56; ‚Persis tamen multa contentio erat cupientibus regem in regno Persico sepelire proque deo Mithra religionibus consecrare. Enimvero Macedones ad Macedoniam corpus indidem et solo patrio sepulchrisque maiorum inferendum putant.' Iovis oraculum corpus Alexandriae sepeliri iubet.

349.* Deliberant Macedones Alexandro morbo mortuo an Babylone maneant.

Fronto p. 160, 9 N: ‚Gallicanus quidam declamator cum Macedones deliberantis, Alexandro morbo mortuo, an Babylone m⟨anerent⟩, quid si utens, com⟨mode mo⟩nes, inquit.'

17. Epicurus, Rhodii, Athanasius.

Epicurus:

350. Himerius (ecl. 3): Ἐπίκουρος πρόνοιαν οὐκ εἶναι λέγων ἀσεβείας φεύγει γραφήν.

Epicuro talia crimini data esse rhetorica est fictio (cf. n. 185); quo ex themate hoc quod sequitur, intellegitur:

351. Ἐπίκουρος λαχὼν δᾳδουχεῖν δοκιμάζεται. Syrian. II 165, 1 R.

Cf. n. 118. — Concessum sit ad hoc propositum adicere ‚hypothesin' ut dicit Philostratus, de qua certi nihil erui:

352.* Apollonius Atheniensis (Philostr. v. s. p. 104, 7 K): Καλλίας, ὃς ἀπαγορεύει τοῖς Ἀθηναίοις πυρὶ μὴ θάπτειν; cf. VII 1236, 22 W: οἷά ἐστιν ἐκεῖνα τὰ τοῦ Ἀθηναίου Ἀπολλωνίου ὃς ἀπαγορεύει τοῖς Ἀθηναίοις πυρὶ μὴ θάπτειν.

Rhodii:

353.* Accusatur Hermocreo quod portorium conduxit.

Cic. de inv. I 47: ‚si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermocreonti quidem turpe est conducere,' quocum coniungenda sunt Aristotelis verba (rhet. II 23 p. 1397 a 25): οἷον ὡς ὁ τελώνης Διομέδων περὶ τῶν τελῶν, εἰ γὰρ μηδ' ὑμῖν αἰσχρὸν τὸ πωλεῖν, οὐδ' ἡμῖν τὸ ὠνεῖσθαι. Ciceronem huc afferre verisimile est exemplum quod usitatum erat Rhodi, — cuiusvis urbis rhetores certe huiusmodi themata singulis locis apta habebant —, ubi Hermocreontis quoque nomen in inscriptionibus inventum est: cf. Muenzer in R-E VIII 1, 889, 46.

354. Lex est apud Rhodios, ut si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur. Cum magna in alto tempestas esset, vis ventorum invitis nautis Rhodiorum in portum navim coegit. Quaestor navim populi vocat. Navis dominus negat publicari oportere. Cic. de inv. II 98.

De lege parum comperi; fictam eam esse suspicor, cum tempestatum vis in ludis subsidium esset usitatissimum, cf. n. 83/4; 121.

355. Rhodii quosdam legarunt Athenas; legatis quaestores sumptum quem oportebat dari, non dederunt; legati profecti non sunt: accusantur. Cic. de inv. II 87.

Singillatim de Rhodiis edicuntur quae communia sunt hac in thesi: νόμος τὸν πρεσβευτὴν λαβόντα παρὰ τοῦ ταμίου χιλίας δραχμὰς εἰς ἐφόδιον ἐξιέναι· πρεσβευτής τις χειροτονηθεὶς καὶ μὴ λαβὼν παρὰ τοῦ ταμίου τὰ χρήματα οὐκ ἐξῆλθε καὶ ὑπάγεται τῷ νόμῳ. Syrian. II 146, 18 R.

Athanasius:

356. ὑπερήθλισε τῆς εὐσεβείας Ἀθανάσιος καὶ γράφει τις αὐτὸν ἐγκωμίοις ἀμείβεσθαι. Georg. VI 542, 10 W.

Quae quid sibi velint, cognoscas ex iis quae insequuntur: φήσει οὖν, οὐ μικρὰν χάριν τοῖς Ἀρειανοῖς καταβαλούμεθα, εἰ βυθῷ λήθης καλύπτεσθαι τοῦ ἀρχιερέως καὶ ἀθλητοῦ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας ἀνεξόμεθα. — De rationibus quae intercedant inter alteram aetatem sophisticam, quae vocatur, et veteres rerum ecclesiasticarum scriptores, inspicere iuvat quae scripsit CMuenscher in Ann. Burs. 149, 161 sq.

C. Themata Romana.[1]

1. Usque ad Samnites et Pyrrhum.

357. Quale est illud apud Vergilium:

Deliberat **Diomedes**, an Latinis auxilium petentibus ferat, quia Aeneas, si Latinos vicerit, in ipsum sua arma versurus sit. Sulp. Vict. RLM 342, 30 H.

Cf. Verg. Aen. VIII 9 sq; oritur quaestio vix diiudicanda, utrum declamata sit haec deliberatio an non nisi exemplum doctrinae illustrandae causa afferatur.

358. Deliberat **Numa**, an regnum offerentibus Romanis recipiat. Quint. VII 1, 24.

Plut. Num. 5: ἦν δὲ οὐ μικρὸν ὡς ἔοικεν ἔργον, ἀλλὰ καὶ λόγων πολλῶν καὶ δεήσεως τὸ πεῖσαι καὶ μεταστῆσαι γνώμην ἀνδρὸς ⟨ἐν⟩ ἡσυχίᾳ καὶ εἰρήνῃ βεβιωκότος εἰς ἀρχὴν πόλεως τρόπον τινὰ καὶ γεγενημένης πολέμῳ καὶ ξυνηυξημένης. cf. Liv. I 18.

359.* Deliberat **Lucretia** an propter inlatum sibi stuprum semet occidat. Empor. RLM 572, 27 H.

Narrat fortunam consiliumque Lucretiae Livius I 58.

360. **Horatius** occisis tribus Curiatiis et duobus amissis fratribus domum se victor recepit. Is animadvertit sororem suam de fratrum morte non laborantem, sponsi autem nomen appellantem identidem Curiatii cum gemitu et lamentatione. Indigne passus virginem occidit; accusatur. Cic. de inv. II 78; cf. Quint. III 6, 76.

Argumentum rebus quales Livius I 26 narrat, respondet.

[1] Thematum, quorum vestigia inveniuntur apud Livium, testimonia praeter hos Livii locos raro afferam, cum alia facile reperias in editione huius scriptoris, quam commentario instruxerunt Weißenborn-Mueller.

361.* **Ahala Servilius** Spurio Maelio occiso se defendit. Iul. Vict. RLM 381, 28 H.

De Ahalae magistri equitum facinore certiores nos facit Livius IV 14; saepe commemoratur hoc factum apud Ciceronem: pro Mil. 8; 72; de senect. 56; pro Sest. 143; alibi.

362. Deliberant **P. C.** an stipendium militi constituant. Quint. III 8, 18.

Liv. IV 59, 11: ‚additum deinde (a. 406) omnium maxime tempestivo principum in multitudinem munere ut ante mentionem ullam plebis tribunorumque decerneret senatus, ut stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.'

363. Deliberant P. C. an **Fabios** dedant Gallis bellum minitantibus. Quint. III 8, 19.

Liv. V 36, 8: ‚erant (in Gallorum castris) qui extemplo Romam eundum censerent; vicere seniores, ut legati prius mitterentur questum iniurias postulatumque, ut pro iure gentium violato Fabii dederentur . . . 11: infensi Galli bellum propalam minantes ad suos redeunt;' cf. Liv. V 51, 7.

364. In eo foedere, quod factum est quondam cum **Samnitibus**, quidam adulescens nobilis porcum sustinuit iussu imperatoris; foedere autem ab senatu improbato et imperatore Samnitibus dedito, quidam in senatu eum quoque dicit, qui porcum tenuerit, dedi oportere. Cic. de inv. II 91.

Thematis occasionem petitam esse puto ex clade illa, quam acceperunt Romani apud Caudinas furculas; pacis sponsores hostibus postea dediti sunt (Liv. IX 10; Plut. Ti. Gracch. 7), sed de eo ‚qui porcum tenuerit' rerum gestarum scriptoribus certior non sum factus; cf. n. 392.

365. An utique futurum sit ut servent fidem Samnites, si Romani arma deposuerint. Quint. III 8, 17.

Si hic certas historiae condiciones statuere vis, fortasse licet cogitare de Livio IX 15 (a. 320), ubi similia commemorantur.

366. Animi coniectura . . ., qua mente **Pyrrhus** foedus petat. Quint. VII 2, 6.

Hic cogites de Cineae legatione, cf. Liv. ep. XIII: ‚Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petit, ut conponendae pacis causa rex in urbem reciperetur.‘

367. An decernendum **Duillio** praemium. August. RLM 140, 6 H.

Quibus honoribus affectus sit Duillius post victoriam Mylensem, docet Muenzer in R-E V 2, 1780, 38 sq.

368. Sacerdos integer sit. **Metellus** pontifex cum arderet Vestae templum, dum Palladium rapit, oculos perdidit. Sacerdotium illi negatur. Sen. contr. IV 2.

Egregie ostendit OLeuze: ‚Metellus caecatus‘ (Philol. 64, 1905, 95—115), pontificem re vera nequaquam oculorum acie privatum a civibus, quod sacra in Vestae templo asservata ex aede flagrante rapuerat, magnis postea honoribus affectum esse; deinde Augusti fere temporibus rhetores finxisse ne sacerdoti quidem licuisse deae imaginem spectare, quam ob rem Metellum ex iure talionis caecatum esse. — In Metelli fortuna fingenda fortasse valebat analogia Ili fabulae (quacum Metelli historiam coniungit Ps-Plut. parall. 17), qui Troianus Palladium e templo Minervae flagrante eripiens oculis captus est. Deinde monendum est de Tiresiae fortuna, (ὃς) οὐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θεμιτά (Call. hymn. V 78 sq.). Rhetores autem Romanos Graecorum potius exemplum imitatos esse puto quam ipsos hanc de Metello narrationem ita formasse.

2. Hannibal, Scipio.

369. Placeatne a Carthaginiensibus captivos nostros, redditis suis, recuperari. Cic. de or. III 109.

Hic Reguli legationem respici verisimile est, cuius fortunam mire exornabant illius temporis homines, cf. Klebs in R-E II 2, 2088 sq. s. v. Atilius 51.

370. **C. Flaminius** is qui consul rem publicam male gessit bello Punico secundo (a. 217), cum tribunus plebis esset (a. 232), invito senatu et omnino contra voluntatem omnium optimatum per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit: arcessitur maiestatis. Cic. de inv. II 52.

„In Ciceros Jugend wurde die Überlieferung, daß auch der Vater des F. zu den Gegnern des Antrags (der lex agraria) gehörte, zu der rhetorischen Controversia verwendet, ob die patria potestas der tribunicia potestas überlegen sei oder nicht, und von den Rhetoren haben die Annalisten die ausgeschmückte Erzählung übernommen, wie der Vater den Sohn in einer Versammlung der Plebs am Reden gehindert habe.“ Muenzer in R-E VI 2497, qui testimonia scriptorum praebet.

371.* Deliberat Hannibal utrum de Alpibus recedat necne. Schol. ad Iuv. X 167.

Liv. XXI 29, 6: ‚. . . Hannibalem incertum, utrum coeptum in Italiam intenderet iter an cum eo qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret . . .‘ 30, 1: ‚Itaque Hannibal postquam ipsi sententia stetit pergere ire atque Italiam petere, advocata contione varie militum versat animos . . .‘

372. Deliberat (Hannibal) an petat urbem a Cannis. Iuv. VII 162.

Apud Livium XXII 51 commemoratur Maharbalis consilium minime cessandum rati atque dictum illud: ‚vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis‘; Silius Italicus (X 337) Hannibalem somno a Iunone misso adduci fingit, ut Roma desistat, cf. R Rebischke, De Silii Italici orationibus. Diss. Regim. 1913, 36.

373. Deliberat senatus captivos ab hostibus redimat an non. Auct. ad Her. III 2.

Qua de re post cladem Cannensem Romanos deliberavisse scimus ex Liv. XXII 60, 3: ‚ibi cum sententiis variaretur, et alii redimendos de publico, alii nullam publice impensam faciendam nec prohibendos ex privato redimi, si quibus argentum in praesentia deesset, dandam ex aerario pecuniam mutuam praedibusque ac praediis cavendum populo censerent, tum T. Manlius Torquatus . . .‘

374.* A Poenis circumsessi Casilinenses deliberant quid agant. Cic. de inv. II 171; cf. Auct. ad Her. III 8; Quint. III 8, 23.

Urbs quomodo diu oppugnata atque tradita sit, narratum invenis apud Livium XXIII 19.

375. Deliberat (Hannibal) . . . an post nimbos et fulmina cautus circumagat madidas a tempestate cohortes. Iuv. VII 163.

Tempestas illa narratur apud Livium XXVI 11, cf. Sil. Ital. XII 674 sq., XIII 15 sq. et Rebischke l. c. 123. — Eadem historia controversiae quoque materiam praebebat:

376.* Hannibal reus quod a tertio lapide urbis recessisset, dicit fulminibus et tonitruis se esse deterritum. C. Iul. Vict. RLM 381, 29 H.

Loci a rhetore significati descriptio invenitur apud Livium XXVI 10: ‚tria milia passuum.‘

377. Utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mittatur qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, ut quam maximae contra Annibalem copiae sint. Cic. de inv. I 17.

Foedus ictum est inter Philippum et Hannibalem. Quod cum legatis interceptis Romam nuntiatum esset, ‚primo gravis cura patres incessit cernentes, quanta vix tolerantibus Punicum bellum Macedonici belli moles instaret‘ (Liv. XXIII 38, 3), deinde visum est illis ‚classi non tueri modo Italiae oram, sed explorare de Macedonico bello‘.

378. An utique futurum sit ut redeat Hannibal si Scipio exercitum in Africam transtulerit. Quint. III 8, 17.

Tales deliberationes leguntur in orationibus Fabii et Scipionis (Liv. XXVIII 40 sq.), quas quomodo rhetorice finxerit Silius (XVI 604—97) docet Rebischke l. c. 131 sq. — Hac ex deliberatione orta est alia:

379. Deliberat Scipio exercitum in Africam classe transvehere. Empor. RLM 571, 28 H.

380. Hannibal consultat quom ex Italia Kartaginem accersatur, an in Italia remaneat, an domum redeat, an in Aegyptum profectus occupet Alexandriam. Auct. ad Her. III 2.

Livius XXX 20 Hannibalem Italiam reliquisse commemorat, cf. Rebischke l. c. 135 ad Sil. Ital. XVII 187—200. Hannibalis autem deliberationes tales, quales fingit auctor librorum ad Her., quamquam eas in scriptis historicis veterum quaerens operam

perdas, tamen a rebus veris abhorrere negem; quare satis probabile puto — id quod disserit H B o c h m a n n, De Cornificii Auctoris ad Herennium qui vocatur rerum Romanarum scientia, Diss. Lips. 1875, 55 sq. — talia fuisse scripta apud auctorem Appiani (b. Hann. 58) quendam.

381. Deliberat senatus an Carthagini parcat. Victorin. RLM 181, 39 H.

His in thematis pervulgatis certos scriptores afferre supervacaneum: e. g. conferas Cic. de inv. I 11; Auct. ad Her. IV 20; III 2: ‚Kartago an tollenda an relinquenda videatur' (qua in re monendum est de Catonis Censoris [δοκεῖ δέ μοι καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι] et P. Corn. Scipionis Nasicae Corculi [δοκεῖ μοι Καρχηδόνα εἶναι Plut. Cat. mai. 27; App. Libyc. 69] sententiis). Artius ad res traditas accedere videtur consideratio haec:

382. Deliberatur, utrum Carthago diruatur an Carthaginiensibus reddatur an eo colonia deducatur. Cic. de inv. I 17.

In Livi epit. LX enim sunt haec: ‚(C. Gracchus) effecit ut complures coloniae in Italia deducerentur et una in solo dirutae Carthaginis, quo ipse triumvir creatus coloniam deduxit.'

383. Scipio victis Poenis petit praemium ut spectet ludos laurea coronatus. August. RLM 148, 5 H.

Quem honorem victoribus concessum fuisse apud Romanos constat (Liv. X 47, 3: ‚coronati . . . ob res bello bene gestas ludos Romanos spectarunt, palmaeque tum primum translato e Graecia more victoribus datae') neque est cur dubites quin Scipioni tributus sit.

384a. Scipio petit praemii nomine mortem Tiberi Aselli. August. RLM 148, 8 H.

384b. Scipio victis Poenis petit mortem civis. Exc. rhet. RLM 587, 3 H.

Scipio anno 142 censor creatus Ti. Claudium Asellum aerarium fecerat, hic autem postea tribunus plebis illum in ius vocabat hanc ipsam ob causam; exstant adhuc fragmenta orationis quam tum habuit Scipio, cf. Muenzer in R-E III 2, 2676 s. v. Claudius 63 et IV 1451, 35 s. v. Cornelius. Declamationem autem Graeco more fictam (cf. e. g. VIII 402, 8; 405, 26; 412, 6 W) rebus vere gestis repugnare apparet, cum iam anno 146

Carthago deleta sit. Cum vero quotiens narrabatur Claudii Aselli historia, semper fere Scipionis nomini adiceretur id factum, quo hic Scipio antestaret alios eiusdem nominis, i. e. triumphus de Poenis actus, facile fieri potuit, ut hae duae res arte inter se connecterentur, id quod apparet e. g. apud Gellium n. A. III 4, 1: ‚P. Scipioni Pauli filio, postquam de Poenis triumphaverat censorque fuerat, diem dictum esse ad populum a Claudio Asello, tribuno plebis, cui equum in censura ademerat . . .‘

385. Accusatur Scipio rei publicae laesae quod Carthaginem solo aequaverit. Sulp. Vict. RLM 346, 35 H.

An hic valuerit memoria Catonis et Scipionis sententiarum, quas supra attuli ad n. 381? an est thema ipsa Carthagine ortum et tractatum (cf. n. 353)?

386. Deliberat senatus solvatne legibus Scipionem, ut eum liceat ante tempus consulem fieri. Auct. ad Her. III 2.

Cf. Diod. XXXII 9a, 3 (Exc. de virtut. et vit. p. 293, 7 B-W): ὁ δῆμος τηλικαύτην εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Σκιπίωνα ὥστε μήτε τῆς ἡλικίας συγχωρούσης μήτε τῶν νόμων ἐπιτρεπόντων, μεγάλην εἰσφέρεσθαι σπουδὴν εἰς τὸ τὴν ὕπατον ἀρχὴν αὐτῷ περιθεῖναι. Testimonia collegit Muenzer in R-E IV 1, 1446, 13.

3. Inde a Flaminino usque ad Sullam.

387. Maiestatis laesae sit actio. **Flamininus** proconsul inter cenam a meretrice rogatus, quae aiebat se numquam vidisse hominem decollari, unum ex damnatis occidit. accusatur maiestatis. Sen. contr. IX 2 (25).

L. Quinctius Flamininus septem annos postquam consul in Gallia fuerat (a. 192) hoc ob scelus senatorio loco motus est a Porcio Catone, cuius orationem in Flamininum habitam Livius etiam legit. Rhetores Valeri Antiae narrationem sequebantur, quam memoriae prodidit Liv. XXXIX 43; cf. Cic. Cat. mai. 42; Liv. XXXIX 42; Plut. Cat. 17; Tit. 18; Auct. de vir. ill. 17.

388. **Corinthiis** bellum indicamus an non? Cic. de inv. I 17.

Quod thema spectare puto ad bellum Achaicum, quo Corinthus deleta est (146).

389. Mimus quidam nominatim **Accium** poetam conpellavit in scaena. Cum eo Accius iniuriarum agit. Auct. ad Her. I 24.

Qua de re, quamquam aliunde nota non est, noli dubitare; rhetor iste enim idem ad argumentum respicit II 19: ‚⟨C.⟩ Caelius iudex absolvit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scaena nominatim laeserat, P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominaverat, condemnavit.' Quod thema in rhetorum scholis saepius tractatum esse concludi potest ex eo quod Acci causa egregie illustrabat thesin illam apud Graecos pervulgatam ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν ὁ νόμος ἐκώλυσεν. αὐτοπροσώπους εἰσάγων τις τοὺς κωμῳδουμένους ὑπάγεται τῷ νόμῳ ὡς ὀνομαστὶ κωμῳδῶν (Hermog. 88, 12 R), ut iam vidit FrMarx (in edit. Lips. 1894, 109).

390.* (C. Hostilius) Mancinus foedus **Numantinum** defendit. Quint. VII 4, 12.

Foedam anni 137 pactionem testantur Cic. de or. I 181; de off. III 20; Plut. Ti. Gracch. 7; Vell. II 2; Liv. ep. LV.

391.* Gracchus reus foederis Numantini se defendit. Quint. VII 4, 13.

Ti. Gracchus iussu Hostili Mancini, cum Numantini cum ullo alio nisi Graccho se acturos esse negassent (Plut. Ti. Gracch. 5), pactus est cum hostibus; accusatio autem fide historica caret.

392. Mancinus cum Numantinis foedus fecit iniussu populi ac senatus. Pulso eodem in exilium atque hostibus dedito petitur ad poenam etiam ille qui porcam tenuit; contra dicit. Victor. RLM 191, 35 H.

Cf. Plut. Ti. Gracch. 7: τὸν μὲν γὰρ ὕπατον (Mancinum) ἐψηφίσαντο (Romani) γυμνὸν καὶ δεδεμένον παραδοῦναι τοῖς Νομαντίνοις, τῶν δὲ ἄλλων ἐφείσαντο πάντων διὰ Τιβέριον. Ut erat simillimum hoc foedus illius apud fauces Caudinas ictae, ita declamatio ficta est ad illud Ciceronis exemplum (n. 364).

393.* Accusatur **Scipio Nasica** quod sua manu Ti. Gracchum interfecerit. Auct. ad Her. IV 68; cf. Quint. V 13, 24.

Factum narratur multis locis, quos collegit Muenzer in R-E IV 1503 s. v. Cornelius 354; accusatio quoque rebus gestis convenire videtur, cf. Cic. de or. II 285; Muenzer l. c. 1504, 20. — Hic addere liceat argumenta nonnulla, quae Ciceronem non nisi exempli causa afferre mihi quidem verisimile est, attamen silentio praeterire nolui:

394. (Quaeritur) in coniectura, ceperitne pecunias Decius?
in definitione: minueritne maiestatem Norbanus?
in aequitate: iurene occiderit Opimius Gracchum?
Cic. part. or. 104.

395. **C. Popilius** cum a Gallis obsideretur neque fugere ullo modo posset, venit cum hostium ducibus in conlocutionem; ita discessit, ut inpedimenta relinqueret, exercitum educeret. Satius esse duxit amittere inpedimenta quam exercitum. ⟨Exercitum⟩ eduxit, inpedimenta reliquit: accersitur maiestatis. Auct. ad Her. I 25; cf. IV 34; Cic. de inv. II 72.

Thema satis accurate rebus re vera gestis se applicat; turpe enim foedus Popilii (a. 107) compluribus scriptorum locis traditur, e. g. Caes. b. G. I 7; cf. HBochmann l. c. 11. — Popilii defensioni quam fingebant rhetores, obstat testimonium Orosii V 15, 24: ‚Romam reversus a Caelio tribuno plebi die dicta eo quod Tigurinis obsides dederat, in exilium profugit.‘

396. (Accusatur) **Caepio** ad tribunos plebis de exercitus amissione. Auct. ad Her. I 24.

Liv. epit. LXVII: ‚Cn. Manlius consul et Q. Servilius Caepio proconsul (a. 105) victi proelio castris quoque binis exuti sunt; militum milia octoginta occisa, calonum et lixarum quadraginta secundum A⟨ntiatem apud A⟩rausionem. Caepionis, cuius temeritate clades accepta erat [*a C. Norbano Balbo tribuno plebis arcessiti*] damnati bona publicata sunt primi post regem Tarquinium imperiumque ei abrogatum,‘ cf. Bochmann l. c. 13.

397. Bello Cimbrico **miles Mari** tribunum stuprum sibi inferre conantem propinquum Mari occidit. Reus est caedis apud imperatorem. Quint. decl. mai. 3; Calp. Flaccus decl. 3; cf. Cic. de inv. II 124; Quint. III 11, 14.

Rhetores declamationis materiam fortasse decerpserunt ex Cic. pro Mil. 9, quem locum laudat Quint. V 11, 15. Factum probant Plut. Mar. 14; Val. Max. VI 1, 12; schol. Bob. pro Mil. 9.

398. **Malleolus** iudicatus est matrem necasse. Ei damnato statim folliculo lupino os ⟨obvolutum est⟩ et soleae ligneae in pedibus inductae sunt: in carcerem ductus est. Qui defendebant eum, tabulas in carcerem adferunt, testamentum ipso praesente conscribunt, testes recte adfuerunt; de illo supplicium sumitur. Ii qui heredes erant testamento, hereditatem adeunt. Frater minor Malleoli, qui eum obpugnaverat in eius periculo, suam vocat hereditatem lege agnationis. Auct. ad Her. I 23; cf. Cic. de inv. II 148.

Ex tribus legibus, quas attulerat antea scriptor, oritur quaestio: ‚quare potuerit aut non potuerit iure testamentum facere.' — Malleoli parricidium (a. 101) testantur Livius (epit. LXVIII ‚Publicius Malleolus matre occisa primus in culleo insutus in mare praecipitatus est') et eisdem fere verbis Orosius (V 16, 23). Malleoli testamentum cum HBochmann (l. c. 21) primum consentiens rebus gestis respondere credideram, persuasit autem mihi OSeeck hic similiter atque in n. 370 fictam nobis praeberi controversiam rhetoricam, qua disceptari possit, utrum maior sit pietas parentum an fratris.

399. Cum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset, ⟨Q.⟩ Caepio, qui per id temporis quaestor urbanus erat, docuit senatum aerarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, adversus rem publicam videri ea facere. Saturninus ferre coepit, collegae intercedere. Ille nihilominus sitellam detulit. Caepio, ut illum contra intercedentibus collegis, adversus rem publicam vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deicit, impedimento est, quo setius feratur: accersitur Caepio maiestatis. Auct. ad Her. I 21; cf. II 17 et IV 67.

7*

Hac in narratione aliis testimoniis non probata magnae latent difficultates, e. g. quis sit Q. Caepio? quando Saturninus legem tulerit? Qua in re satis habeo ad ea revocare legentes, quae disseruerunt HBochmann l. c. 21 et Klebs in R-E II 266, 5 sq.

400. Deliberat senatus **bello Italico**, sociis civitatem det an non. Auct. ad Her. III 2.

His ex deliberationibus L. Iulii Caesaris legem natam esse qua civitas Romana data est sociis, qui in officio mansissent iisque qui statim arma depondituri essent, quis est qui nesciat.

401. Utris maior honor habendus sit, Albensibus an Vestinis Pennensibus, quod rei publicae populi Romani profuerint. Auct. ad Her. II 45.

Albenses (Liv. epit. LXXII) non minus quam Pinnenses (Diod. XXXVII 20—21) bello Italico Romanis fidem servaverant neque quidquam obstat quin putemus deliberavisse re vera senatum de variis honoribus sociis tribuendis, qui foedere Romano stetissent; v. HBochmann l. c. 27 sq.

402. Accusatur is qui **P. Sulpicium** se fateatur occidisse. Auct. ad Her. I 25.

Sulpicii tribuni plebis (a. 88), quem Sulla interfici voluerat, fortunam narrant Cicero (de or. III 11), Appianus (I 60), alii.

403. **L. Licinius Crassus** consul quosdam in citeriore Gallia nullo illustri neque certo duce, neque eo nomine, neque numero praeditos, ut digni essent qui hostes populi Romani esse dicerentur, quod tamen excursionibus et latrociniis infestam provinciam redderent, consectatus est et confecit; Romam rediit: triumphum ab senatu postulat, (deliberatur). Cic. de inv. II 111.

Cf. Ascon. in Pis. 62 (p. 20, 2 St): ‚L. autem Crasso collega fuit Q. Scaevola pontifex: qui cum animadverteret Crasso propter summam eius in re publica potentiam ac dignitatem senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit rei publicae magis quam collegae habere rationem ac ne fieret S. C. intercessit.‘ Est autem L. Crassus orator, qui anno 94 proconsul in Gallia Cisalpina ‚specillis prope scrutatus est Alpes, ut ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret‘ (Cic. in Pis. 62).

404.* Deliberat **Sulla** an dictaturam deponat.

Appian. I 103: (Sulla) τὴν μεγάλην ἀρχὴν οὐδενὸς ἐνοχλοῦντος ἑκὼν ἀπέθετο, cf. Drumann, Röm. Gesch. II² 1902, 422, qui coacervavit veterum testimonia. Thema petitum est ex Iuvenalis sat. I 16: ‚Et nos consilium dedimus Sullae, privatus ut altum dormiret.' ‚Sullae dictaturam deponentis in contione' prosopopoeiam — hic ergo abdicatio iam certa atque decreta est — commemorat Quintilianus (inst. III 8, 53 et 10, 71). — Apud Lucanum (I 334/5, cf. RFaust, De Lucani orationibus pars I, Diss. Regim. 1908, 29 sq.) Caesar ita Pompeium alloquitur: ‚Quis scelerum modus est? Ex hoc iam te, inprobe, regno / ille tuus saltem doceat descendere Sulla.'

405.* **Opiterginis** datur consilium ne se hostibus dedant. Quint. III 8, 30.

Quo de ‚memorando posteris exemplo' (Flor. II 13, 33) haec habes apud Livium (epit. CX): ‚Opitergini transpadani Caesaris auxiliares, rate sua ab hostium navibus clusa, potius quam in potestatem hostium venirent, inter se concurrentes occubuerunt.' Verba Vultei ratis rectoris hortantia praebet Lucanus (IV 476—520).

4. Pompeius, Caesar, Cato.

Pompeius Magnus clarissimum erat exemplum in rhetorum scholis, quo violentae commutationes rerum, gravissimi casus illustrarentur.

Cf. e. g. Sen. contr. V 1: ‚Cn. Pompeius in Pharsalia victus acie vixit; maius tu (i. e. declamationis persona) tuum putas esse naufragium?'; Sen. de brev. vit. 16, 1: ‚ubi bonorum exitus mali sunt, ubi Pompeius et Cicero clientibus suis praebere cervicem . . .', cf. etiam ad Marc. de consol. 20, 4.

406. Pompeius deliberat Parthos an Africam an Aegyptum petat. Quint. III 8, 33; Empor. RLM 571, 3 H.

Talia secum egisse Pompeium acie Pharsalica victum probant Plut. Pomp. 76; App. II 83; Dio XLII 2; Vell. II 53; Flor. II 13, 51. Lucanus (VIII 262—327) fingit deliberationem Pompeii (276: ‚Vos pendite regna / viribus atque fide Libyam Parthosque Pharonque / quemnam Romanis deceat succurrere

rebus'), cuius Parthos petendi consilium refutat Lentulus (331—453), qui Alexandriam iter vertendum esse censet.

407.* Suadetur **Sext. Pompeio**, ut piraticae se dedat. Quint. III 8, 44.

Pompeium maris latrocinio vitam toleravisse multa firmant testimonia: Plut. Ant. 32; Dio Cass. XLVIII 7; App. I 4; Vell. II 73; Oros. VI 18, 19; Lucan. VI 420 sq.; Florus II 18: ,o quam diversus a patre! ille Cilicias extinxerat, hic se piratica tuebatur!'

C. Iulius Caesar:

408. Deliberat Caesar an perseveret in Germaniam ire, cum milites passim testamenta facerent. Quint. III 8, 19.

Thema declamationis congruit cum iis quae narrat Caesar b. G. I 39, 4.

409. Caesar deliberat an Britanniam impugnet. Quint. VII 4, 2.

Hoc in problemate certe ex Caesaris commentariis (b. G. IV 20/21) petito, quod aliqua ex parte respondet illi s. n. 343 allato, multa perpendenda erant, ut ait Quintilianus l. c.: ,quae sit Oceani natura, an Britannia insula (nam tum ignorabatur), quanta in ea terra, quo numero militum adgredienda.'

410. Deliberatur quomodo laturus sit Caesar, si Ptolemaeus Pompeium occiderit. Quint. VII 2, 6.

His de consiliis re vera habitis, in quibus Achillae, Pothini, potissimum Theodoti (cf. Sen. de ira II 2, 3: ,Quis non Theodoto et Achillae et ipsi puero non puerile auso facinus infestus est?') nomina suadentium citantur, referunt imprimis Plut. Pomp. 77; App. II 84; Dio XLII 4; cf. Vell. II 53; Liv. epit. CII; Flor. II 13. Scilicet haec egregia materia non fugit Lucanum, qui Pothini suasoriam fingit (VIII 484—535) Theodoti quidem nomine neglecto, quod hexametro adaptare non licebat.

411.* Deliberat Caesar an necem Cn. Pompeii ulciscatur. Quint. III 8, 55 sq.

Caesaris consideratio — cf. Sen. contr. II 4 (12), 8: ,Latro . . . orationem recitavit aeque compositam atque suasoriam de Theodoto' — si Quintilianum sequimur, quaerit et de

utilitate: ,an pro Caesare fuerit occidi Pompeium? an timendum a rege bellum, si Theodotus sit occisus? an id minime opportunum hoc tempore et periculosum et certe longum sit futurum?' et de honesto: ,deceatne Caesarem ultio Pompei? an sit verendum, ne peiorem faciat suarum partium causam, si Pompeium indignum morte fateatur?' — Quae fuerit intentio Caesaris non ignorantis, quam imbecille se gesturus esset Ptolemaeus regius ille puer consiliariis sublatis, vix diiudicari potest; scimus tamen a Caesare Achillam et Pothinum interfectos esse, Theodotum autem vagum postea Iunii Bruti manu poenas luisse (App. II 90; Plut. Brut. 33; Pomp. 80).

412.* C. Caesari suadetur regnum. Quint. III 8, 47.

Caesaris in persona, quem aequales regiis honoribus afficere vix dubitabant (Plut. Caes. 60), hoc thema in promptu fuisse apparet; putes vero declamationis materiam nomine mutato ex Augusti vita nondum summo honore aucti sumptam esse, cum perridiculi fuissent rhetores qui se imperatori florenti suadentes finxissent. Consultationem quam habuit Octavianus cum Agrippa et Maecenate de regno, cultu effusiore rhetorice ornatam recepit in libros historicos Dio Cass. LII 1—40, cf. HPeter, Geschichtl. Lit. d. Kaiserz. II (Lpz. 1897), 92 sq.

413.* Sallusti (?) suasoriae quae inscribuntur: ad Caesarem senem de re publica.

Quae sint suasoriarum argumenta, quomodo doctissimorum virorum cogitationes detinuerint, videas in MSchanz, Röm. Literaturgesch. I 2^3, 1909, 182 sq.

Cato (cf. BBusch, De M. Porcio Catone Uticensi . . . Diss. Monast. 1911, 42 sq.).

414. An Catoni uxor ducenda sit. Quint. III 5, 8.

M. Cato Uticensis — similiter atque Socrates (n. 176) exemplum morum integritatis atque sinceritatis — homo vere Romanus existimabatur; Romanorum igitur intererat quaerere, quomodo hac in re se gessisset.

415. Arguitur Cato adulterii. Grill. RLM 599, 28 H.

Fictum est argumentum ad Socratem illum πορνοβοσκόν (n. 177); nam ipse dicit Grillius l. c. ,signum nullum, nullus testis,

nulla suspicio, ante actae vitae nulla crimina. Non habet hic accusator quod dicat et ob id stare controversia non potest' (ζήτημα ἀσύστατον).

416. An Cato recte Marciam Hortensio tradiderit? Quint. III 5, 11; cf. X 5, 13.

Cf. Appian. II 99: (Cato) Μαρκίᾳ γέ τοι τῇ Φιλίππου συνὼν ἐκ παρθένου, καὶ ἀρεσκόμενος αὐτῇ μάλιστα καὶ παῖδας ἔχων ἐξ ἐκείνης, ἔδωκεν ὅμως αὐτὴν Ὀρτησίῳ τῶν φίλων τινί, παίδων τε ἐπιθυμοῦντι καὶ τεκνοποιοῦ γυναικὸς οὐ τυγχάνοντι, μέχρι κἀκείνῳ κυήσασαν ἐς τὸν οἶκον αὖθις ὡς χρήσας ἀνεδέξατο; cf. Plut. Cat. 25; 52; Drumann, Röm. Gesch. III² 1906, 101; RFaust l. c. ad Lucan. II 338 sq. Hoc Catonis vitae μέρος προβληματῶδες (Plut. l. c. 25), quod imprimis Caesarem in Anticatonibus in peius vertisse suspicari licet (cf. Dyroff, Caesars Anticato u. Ciceros Cato, Mus. rhen. 63, 1908, 590), haud pauci scriptores, maxime ecclesiastici attigerunt, quos coacervavit F. Oehler in commentatione Tertulliani Apolog. 39 (op. I Lips. 1853, 264).

417. Deliberat Cato an se debeat, ne victorem aspiciat Caesarem, trucidare. Mart. Cap. RLM 456, 30 H; cf. Empor. RLM 571, 32 H.

Copiose narratur mors Catonis Plut. Cat. 68 sq.; App. II 98 sq. Quibuscum conferas Sen. ep. 24, 6: ,decantatae, inquis, in omnibus scholis fabulae istae sunt; iam mihi, cum ad contemnendam mortem ventum fuerit, Catonem narrabis.' Venuste narrat, quomodo pusilli talia semel atque iterum repetita fugerint, Persius (III 44):

,Saepe oculos, memini, tangebam parvus olivo,
Grandia si nollem morituri verba Catonis
Discere non sano multum laudanda magistro,
Quae pater adductis sudans audiret amicis.'

Locum hic habeant porro argumenta nonnulla, de quibus dubitari potest, utrum declamata sint an exempla afferantur quibus illustretur doctrina: ,Interest Catoni petendos honores suadeamus an C. Mario, de ratione belli Scipio prior an Fabius deliberet.' Quint. III 8, 37.

5. Cicero, Brutus.

Cicero (cf. ThZielinski, Cicero im Wandel der Jahrhunderte. 1908², 344: Cic. in der Rhetorenschule; 347: Die Cicerokarikatur im Altertum).

418.* Reus est Tullius, quod in senatu supplicium de indemnatis civibus sumserit.

Hanc controversiam declamatam esse concludendum est ex verbis Fortunatiani RLM 84, 15 H: „. . . citra historiae fidem, ut: 'reus est Q. Hortensius, quod in consulatu suo supplicium de indemnatis civibus sumserit', cum sciamus non Hortensium fuisse, sed Tullium.' De re ipsa satis nota — ad Catilinarios spectari apparet — disputare opus non est; cf. Zielinski l. c. 345.

419. Deliberat Cicero an post consulatum eat in provinciam. Sulp. Vict. RLM 314, 16 H.

Ciceronem provinciam deposuisse, quia Romae manere suum esse putaret, docent Plutarchus (Cic. 12) et Dio Cassius (XXXVII 33); Cicero ipse hoc saepe commemorat e. g. Catil. IV 23; ad Att. II 1, 2; pro Flacc. 35.

420.* Milo accusatur, quod P. Clodium occidit.

Ciceroni infesti hanc accusationem declamabant scholastici; cf. Sen. contr. III praef. 15: ‚memini me intrare scolam eius (Cesti Pii), cum recitaturus esset in Milonem.' Ipsum Cestium rescripsisse Ciceronis orationi comperimus ex Quintiliano (X 5, 20). Deinde non abhorret a re afferre huc orationem M. Bruti ‚exercitationis gratia' scriptam pro Milone (Quint. III 6, 93; X 1, 23; Ascon. in Mil. p. 37, 4 St).

421. Damnato Milone exclamavit M. Tullius Romam sedem bonis viris esse non posse et reus est laesae rei publicae. Iul. Vict. RLM 380, 24 H; cf. Fortunat. p. 92, 17 H.

Ciceronis vox illa vix firmari potest testimoniis veterum, quare et dictum et accusatio ut confingerentur, Graecorum exemplum valuisse iudico (cf. n. 129). Atque confido hic dici posse — miror, cur neglexerit hoc thema Zielinski —, quid declamationem moverit; invenimus enim apud Tacitum (ann. IV 34) Cremutium Cordum postulatum esse ‚novo ac tum primum audito crimine, quod editis annalibus laudatoque M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset', atque se

defendentem his incepisse illum: ,verba mea, p. c., arguuntur: adeo factorum innocens sum'; cf. Tac. ann. I 72: ,(Tiberius) legem maiestatis reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant: . . . facta arguebantur, dicta inpune erant'. Aeque atque in n. 423 quaerebant rhetores, quid facturus fuisset Cicero tali condicione data?

422. Deliberat Cicero an Antonium deprecetur. Sen. suas. 6; cf. Quint. III 8, 46.

In promptu erat huius deliberationis thema maximeque idoneum ad saeviendum in Antonium illum invisum et ad fingendum Ciceronem similiter ac Demosthenem saevissima patientem.

423. Deliberat Cicero an scripta sua (Philippicas: Quint. III 8, 46) comburat promittente Antonio incolumitatem, si fecisset. Sen. suas. 7.

Seneca (suas. VI 14) ipse dicit: ,(Asinius Pollio), qui infestissimus famae Ciceronis permansit, . . . occasionem scolasticis alterius suasoriae dedit; solent enim scolastici declamitare: deliberat Cicero an salutem promittente Antonio orationes suas comburat. Haec inepte ficta cuilibet videri potest.' Atque ut iam supra (n. 412 et 421) sic videmus hic ex ipsis declamatorum temporibus materiam petitam esse nominibus mutatis; dicit enim Seneca (contr. X praef. 5): ,In hoc (T. Labieno) primum excogitata est nova poena: effectum est enim per inimicos ut omnes eius libri comburerentur: res nova et inusitata supplicium de studiis sumi. Bono hercules publico ista in poenas ingeniorum versa crudelitas post Ciceronem inventa est; quid enim futurum sit, si triumviris libuisset et ingenium Ciceronis proscribere?' Cf. n. 194.

424. De moribus sit actio. Popillium parricidii reum Cicero defendit; absolutus est. proscriptum Ciceronem ab Antonio missus occidit Popillius et caput eius ad Antonium retulit. accusatur de moribus. Sen. contr. VII 2 (17); cf. X praef. 12.

Sen. contr. VII 2 (17), 8: ,Popillium pauci ex historicis tradiderunt interfectorem Ciceronis et hi quoque ⟨non⟩ parricidi reum a Cicerone defensum, sed in privato iudicio: declamatoribus placuit parricidi reum fuisse.' Fictionem hanc rhetoricam credule recepit Plutarchus (Cic. 48: οἱ σφαγεῖς ἐπ-

ἦλθον, ἑκατοντάρχης Ἑρέννιος καὶ Ποπίλλιος χιλίαρχος, ᾧ πατροκτονίας ποτὲ δίκην φεύγοντι συνεῖπεν ὁ Κικέρων . . ., Herennium autem interfecisse Ciceronem refert), cum Dio Cassius (XLVII 11) et Appianus (IV 20; cf. Sen. de brev. vit. 16, 1) satis haberent Ciceronem patronum et εὐεργέτην Popillii reddere.

425. Declamatio (Ps-Latroniana) in L. Sergium Catilinam (ed. HZimmerer, Diss. Monac. 1888).

426. Ps(?)-Sallusti in Tullium et invicem invectivae.

De his orationibus inter viros doctos summa est contentio, utrum genuinae an fictae sint, cf. MSchanz, Röm. Literaturgesch. I 2^3 1909, 181 sq.; postremus hac de re difficillima disputavit AKurfess et in Mnemosyne 40 (1912) 364 sq., 41 (1913) 23 sq., 145 sq. et in Dissertatione Berol. 1913 edita: De Sallustii in Ciceronem et invicem invectivis.

Brutus alii:

427. Disputari de M. Bruto solet an debuerit accipere a divo Iulio vitam, cum occidendum eum iudicaret. Sen. de benef. II 20, 1.

Spectat problema ad ea quae facta sunt post pugnam Pharsalicam, quorum testem affero Plutarchum (Brut. 6): fugerat Brutus Larisam, ἐκεῖθεν δὲ γράψαντος αὐτοῦ Καῖσαρ ἥσθη τε σωζομένῳ, καὶ κελεύσας πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν οὐ μόνον ἀφῆκε τῆς αἰτίας, ἀλλὰ καὶ τιμώμενον ἐν τοῖς μάλιστα περὶ αὐτὸν εἶχε. Eadem probantur multis veterum testimoniis, quae collegit Drumann, Röm. Gesch. IV^2 1908, 28 adnot. 6.

428. M. Porcius Latro: pro Pythodoro.

Sen. contr. II 4 (12), 8: ‚Latro pro Pythodoro ⟨in⟩ Messalae orationem disertissimam recitavit aeque compositam atque suasoriam ⟨de⟩ Theodoto declamavit per triduum.'

429. L. Iunius Gallio: pro Bathyllo.

Sen. contr. X praef. 8: ‚monstrabo bellum vobis libellum, quem a Gallione vestro petatis. recitavit rescriptum Labieno pro Bathyllo Maecenatis, in quo suspicietis adulescentis animum illos dentes ad mordendum provocantis.' Spectant fortasse hae orationes ad Bathylli, Maecenatis liberti (schol. ad Pers. V 123; cf. Tac. ann. I 54), et Pyladis inimicitias, quibus auctoritatem suam Augustum interposuisse narrat Dio Cassius LIV 17.

Conclusio.

Plus quadringenta declamationum scholasticarum themata adhuc sunt collata, haud exiguus numerus, si animum remitto ad id tempus, ubi disputationis scribendae primordia capiens vix dimidiam partem exspectavi. Permulta enim themata memoriae prodidit solus Philostratus, quorum numerum tamen longe superant themata illa, de quibus testimonia ex rhetorum scriptis collegimus. Una alterave declamatio aliunde nota est; nonnullas nostra aetate solum Aegyptiacum largitur. Quam pauca vero illorum omnium nobis sunt servata, quae re vera declamata esse pro certo putandum est! Sed iam quaeramus, quaenam ipsa thematum collectio nos doceat.

Atque primum quidem nemo non videt, quantum intersit inter numerum declamationum quae a Graecis declamabantur, quae a Romanis. Quamquam enim Romani promiscue vel Latinis vel Graecis thematis utebantur, cum Graeci non nisi ex sua ipsorum mythologia vel historia peterent proposita, tamen Romani multum absunt a copia thematum Graecorum, scilicet eorum, in quibus personae nominatim afferuntur, cum computatis omnibus vix quartam partem thematum illorum usurpaverint. Quod ut explicemus primum concedamus necesse est multo plura nobis praesto esse Graecorum scripta, unde exempla illa innotuerunt. At certe Graecos vitavisse theses exsangues, Romanos vero generatim et universe declamitare praeoptavisse cognoscitur. Qua ex re apertum fit Romanis naturalem defuisse mobilitatem animi ad fingenda huiusmodi themata, inter quae e. g. τὰ προβλήματα ἐσχηματισμένα quantum video omnino desiderantur; omnia argumenta Romana, nisi valuerunt Graecorum fictiones, artissime ad res gestas se applicant.[1]

Rhetores videlicet, potissimum Graeci, non cuiusvis hominis deliberationes vel causas iudiciales declamabant, sed exemplis

[1] Aliam ad rem memoratu dignam legentium animos vocat IBurckhardt, Die Zeit Constantins d. Gr., 1880², 251: „Ein starkes, obschon still-

uti solebant, in quibus ex hominum egregiorum arbitrio magna pendebant, quare regibus praecipue vel viris celeberrimis aut totius vulgi contioni suadebant accusationesque fingebant eiusdem generis. Atque facile intellegis aliis anteposita esse argumenta ex temporibus illis petita, quibus eloquentia ipsa summa in auctoritate et gratia fuerat. Quod quidem cum in suasoriis, tum in controversiis apparet, quas, ut erant finis totius eruditionis maximique momenti in vita cottidiana, ita multo plures materias exercitationibus scholasticis praebuisse e re ipsa elucet.

Sed si quaeris, unde tandem petierint rhetores argumenta vel quos rerum scriptorum libros in declamationibus fingendis inspexerint, hac in quaestione mihi mirum quid accidisse respondeam. Nam cum primo ad declamationum studium accederem, rhetores in elaborandis thematis putavi quam plurimos rerum scriptores perscrutatos esse sperantes fore ut nova quaedam inopinataque invenirent. Sed magno errore tenebar: satishabuerunt ii, quorum erat doctrinam rhetoricam historiae exemplis illustrare, ex auctoribus tritissimis, imprimis ex Herodoti, Thucydidis, oratorum, maxime Demosthenis operibus, id quod ex thematis collectis apparet, argumenta decerpere.

Quam ob rem non nisi summatim exponere licet quomodo declamatorum themata ficta sint. Atque scholasticos cum primum materias ad declamandum idoneas captabant, haud multum a rebus veris recessisse verisimile est: ipsa enim historia sat multa exempla praebet hominum, qui suadent aliis, deliberant, accusant, se defendunt (cf. e. g. n. 55; 67; 150; 163; 199 b). Paulum vero progressi rhetores loquentes induxerunt homines, quos occasione oblata re vera tacuisse aut plane afuisse non ignorabant (49; 395). Porro cum quid in historicorum scriptis opprobrio datum erat alicui, temere accusationem fingere nequaquam dubitabant (90; 207; 215/6; 252); quin etiam veritatem prorsus respuentes declamabant orationes, quas in contionibus vicisse commenti sunt, cum eas

schweigendes Zeugnis (für den Verfall des Römertums) liegt darin, daß alle Philosophen und Rhetoren — und auch die Dichter, wenn sie nicht betteln gehen — daß also die ganze freie Literatur des zweiten, dritten und vierten Jahrhunderts ohne Not von keinem Gegenstande spricht, der über das Ende der römischen Republik herabreicht. Es sieht aus, als hätte man sich das Wort darauf gegeben.“

re vera superatas atque reiectas esse constaret (214; 264; cf. 267). Interdum mutatis temporibus res veras alio quam acciderunt tempore gestas esse ementiebantur, quam rationem imprimis imperatorum Romanorum temporibus, cum aperte dicere non auderent quae sentirent, sequebantur (167; 412; 423). Nec non nominibus mutatis aliam ex alia declamatione fingebant: ut Socrates, ita Cato deliberat an uxorem ducat (414/5; 243; 260; cf. 353; 392). Saepissime autem rerum fiebat mutatio, ut argumenta elegantius evaderent, quamquam non ignorabant rhetores, quomodo vere gestae essent res (n. 39; 52; 66; 109; 188; 190 etc.).[1]

Omni carent fide historica duo declamationum genera. Haud raro in libris rhetoricis inveniuntur themata, quae non nisi rhetorum doctrinae illustrandae causa constructa esse ex contextu verborum plerumque facillime arguitur (46; 184; 279). Multo maiores latent difficultates in argumentis illis, quae specie quaestionum finitarum re vera infinitae sunt; thesibus enim, quae latos campos praeberent rhetorum inventioni vaganti, nonnumquam nomina condicionibus fictis utcumque convenientia inserebantur (94; 97; 114b; 129; 168; 180; 224; 355).

Ipsis in thematis mira quaedam constantia et vivacitas animadvertitur: eisdem exemplis quae apud Hermogenem inveniuntur Byzantinorum aetate rhetores, quantum quidem ex libellis rhetoricis elucet, utebantur. Nam ut libros scholarum in usum aptos conderent scriptores, ut doctrinam quam tradebant discipulis perspicuam redderent neve ipsi risum moverent, posterioris aetatis ingenia inferiora materias illas praeferebant, quas praecipui scriptores veteres sua auctoritate sanxerant. Sed cum rhetores primum argumenta in scholis tractassent a rebus veris non plane aliena, iam Polemones et Libanii non horrebant declamationes audaciores, in quibus suae ipsorum eloquentiae triumphos pararent; quas posteriores etiam inventis novis mirum in modum exornabant et amplificabant. Tamen ne in ecclesiasticis quidem quantum scimus scholis themata vere nova (excepto uno illo n. 356) ficta sunt, quae traditorum numerum iamdudum constitutum excederent.

[1] „Sucht der Rhetoren, pikante Situationen zu erfinden" HPeter, Geschichtl. Lit. d. Kaiserz. I 1897, 21.

Vita.

Natus sum Ricardus Kohl Essendiae in urbe Rhenana a. d. XIV Kal. April. a. 1892, parentibus Friderico et Amalia; fidei addictus sum evangelicae. Primis literarum elementis Monasterii Guestfalorum in ludo privato imbutus a. 1901 in gymnasium Schillerianum auspiciis Ricardi Gaede florentissimum receptus sum; omnibus magistris meis benevolentiae tum in me collatae hac occasione oblata gratias ago plurimas.

Ineunte vere 1910 maturitatis testimonio instructus primum numero civium universitatis Monasteriensis adscriptus sum studiis philologicis et germanicis operam daturus. Autumno eiusdem anni in universitatem Berolinensem me contuli, deinde Friburgum Brisgaviae transmigravi, unde autumno anni 1911 Monasterium reversus per quinque semestria lectionibus intereram. Docuerunt me vv. dd.:

Monasterienses: Becher, Braun, Cauer, Hielscher, Hoffmann, Jostes, Koepp, Koppelmann, Kroll (nunc Vratislaviensis), Muenscher, Plassmann, Schwering, Seeck, Simon, Sonnenburg, Spicker, Witte, Wuensch;

Berolinenses: Diels, Drescher, Herrmann, Lueders, Muench †, Muensterberg, Mutschmann, Norden, Roethe, E. Schmidt †, Simmel (nunc Argentoratensis), de Wilamowitz-Moellendorff, Weinstein, Wenckebach;

Friburgenses: Aly, Fabricius, Kluge, Reitzenstein (nunc Gottingensis), B. Schmidt, Schwartz (nunc Argentoratensis).

Seminarii philologici Monasteriensis sodalis ordinarius fui per tria semestria, per bis senos menses senior, moderantibus vv. dd. Kroll, Muenscher, Sonnenburg, Wuensch; in seminarium germanicum aditum benigne mihi concessit Schwering.

Praeterea exercitationibus archaeologicis, epigraphicis, germanicis, historicis, indicis, linguisticis, metricis, philologicis, philosophicis interfui.

Ordo philosophorum amplissimus Monasteriensis Carolo Muenscher auctore autumno 1912 quaestione proposita: ‚Disputetur de suasoriarum usu rhetorico' ut studio literarum dediti de praemio decertarent, commentationem, quam hac de re conscripsi, a. d. VI. Kal. Februar. a. 1914 Guilelmi regis Borussiae die natali praemio constituto dignam esse benigne decrevit. Illam disputationem paulo mutatam illustrissimo philosophorum ordini iterum pro dissertatione inaugurali obtuli.

Praeceptoribus omnibus de me bene meritis semper gratiam habebo maximam; fas autem mihi est gratias agere sincerissimas cum Ottoni Seeck et Petro Sonnenburg, tum Carolo Muenscher et Ricardo Wuensch, qui viri doctissimi hoc in libello conscribendo nunquam consilio operaque mihi defuerunt.

3 0112 126252250